Theoremata medica, seu introductio ad medicinam. Certis theorematibus, juxta ductum institutionum medicarum, absoluta, ad legendum & disputandum proposita / [Georg Wolffgang Wedel].

Contributors

Wedel, Georg Wolffgang, 1645-1721

Publication/Creation

Jenæ : Sumptibus Johannis Bielckii : Typis viduæ Samuelis Krebsii, 1692.

Persistent URL

https://wellcomecollection.org/works/can6k4k2

License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.

Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
https://wellcomecollection.org

Georg. Wolffgang

THEOREMATA

&

APHORISMI

Jenæ

1692

A XXXIV
7/2
53256/A/2
APHORISMI... P. 241

COMPLECTOR PLURIMA PAUCIS
G. W. WEDEL
LII
P.P.
THEO
REMATA
MEDICA
1692
C. Tunghans

42177 (1)

GEORGII WOLFFGANGI
WEDELII, D.
Professoris Publici, & Medici
Ducalis Saxonici,

THEOREMATA MEDICA,

SEU

INTRODUCTIO

AD

MEDICINAM,

Certis Theorematibus, juxta ductum Institutionum Medicarum, absoluta, ad legendum & disputandum proposita.

Editio Secunda, auctior & correctior,

1679
Ω42

JENÆ,
Sumptibus JOHANNIS BIELCKII,
Typis Viduæ SAMUELIS KREBSII,
MDCXCII.

WELLCOME
HISTORICAL
MEDICAL
LIBRARY

Perillustribus & Excellentissimis Dominis,

DN. ERNESTO LUDOVICO AVEMANNO,

JCto, Hæreditario in Mönchhoffen/

Serenissimi Principis ac Domini,

DN. FRIDERICI,

Duc. Sax. Jul. Cliv. & Mont. &c.

Consiliario Intimo & Cancellario primario, longè celeberrimo;

DN. JOHANNI JACOBO AVIANO, JCto,

Comiti Palat. Cæsareo, prælaudatæ Sereniss. Celsitud. Sanctioris Consilii Senatori, & Consistorii Ducalis Præsidenti gravissimo & celeberrimo,

Dnn. Patronis, Affinibus & Compatribus gratiosis & æstumatissimis

S. P. D.

Georg. Wolffg. Wedelius.

REcordatio innumerorum beneficiorum, quibus me tot annos abunde mactastis, vel ultro me invitavit, ut officiorum meorum ergà vos testem aliquem relinquam posteritati.

Ab illo momento, quo vobis innotui, admiratus sum summam humanitatem, quâ il-

lustrem

luſtrem, quam nacti eſtis, temperare ſoletis dignitatem; colui ſplendorem nominis veſtri & virtutum, quę meruerunt, ut, quod apud *Xenophontem*, extat dignitatis conſimilis encomium, oculos & aures Principum vos diceret & ſuſpiceret orbis.

Poſtea verò, quam in ſanguinis veſtri com-

mer-

mercium adſcitus fui, tantò magis imitandum mihi duxi ſummum illum candorem & animorum generoſam excellentiam, ut inde mutuarer exemplum in meo quidem ſtudiorum genere, perficiendi indies animum meum.

Maximum cepi gaudium, quotiescunque intueri licuit tanta

aulæ

aulæ dicam, an orbis lumina, neque favore vestro prius quid vel antiquius habui, eundemque ut proprium haberem, levibus vicissim officiis meis annisus fui.

Ast hæc quidem tot benefactorum genera, tot favoris monumenta, tanta benevolentiæ argumenta superarunt, ut æternus

ſim manneamque debitor.

Nec præſentem ſolùm hæc fortuna beavit, ſed & cum divulſum à vobis huc benigniora fata traxerunt, novis indies cumulatus ſum amoris teſſeris, ut acceſſione harũ non minus monear, non corporis præſentiâ ſemper exhauriri officium amicitiæ.

Sit hoc ipſum grati mei animi teſtimonium, quod veſtris illuſtribus nominibus opuſculum hocce inſcribere ſuſtinui; Hoc enim vel unicum literatorum eſt munuſculum, hoc dare poſſunt, hoc rependere.

Nolim tamen id ex dignitate ſuâ æſtimari, quæ nulla eſt, ſed ex animi mei ergà

vos obſervantiâ, quam ſummam profiteor, & ut ipſi favore ulteriore huic fœneretis aliquod pondus.

Servet vos Deus, ut ſeri in cœlum redeatis, & ulterius glorioſè communi populorum bono invigiletis. Dabantur Jenæ è muſéo. M DC LXXVI. XVI. Cal. Decembr.

Præ-

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

PEnsitanti mihi, quænam ratio sit, quod tot scriptis in lucem editis non magnum æque incrementum ceperit medicina, quin nec illa æquè stabilita satis sint, quæ fundamentorum loco instillari animis discentium solent, inque ipsorum in arte adultorum notitiâ

firma sunt præsupposita, visum est causæ loco posse adduci plurima.

Inter hæc verò præcipuam esse reor, partim quod complurium sententias citra judicium compilasse novus sæpe liber vocetur, partim quod vetusta sordeant, & paradoxa saltim novitatis specie arrideant; quod porrò eędem merces, diversis

sal-

ſaltim fornicibus expo-ſitæ, inveniantur, ut dum aliam quæras, eandem invenias; quod jurare in verba magiſtri plurimi conſueverint, quod controverſiis tempus teratur, iisque veritas ſæpe obnubiletur potius, quam in lucem exponatur, & quæ alia plura adduci poſſunt.

Hinc adeò & medi-

cina in quamplurimis nihil aliud fuit in hoc usque seculum, quam continua novatio in antiquâ ignorantiâ. Ut ergò & consulatur discentium captui, & scientificam præcepta acquirant formam, operę duximus pretium theoremata medica certis aphorismis includere, non inaudita illa quidem, vel nova, aliave

à re-

à receptis, attamen ita disposita, ut sciri possint & dijudicari melius.

Nunquam mihi plus profecisse medicina rudis adhuc visa est, quam ubi à divino sene certis aphorismis includeretur, ut nuda quasi veritas se videndam exhiberet, eaq; quę nondum firmo stare talo putarentur, experimentis assererentur pluribus.

Quo-

Quomodo enim progredi ulterius poterimus, nisi prius rata sint ac firma præsupposita ac præcognita? Quomodo nova invenire, & addere priori cognitioni nova pondera, nisi indubitata fuerint, quibus superstruebantur isthæc.

Adhæc ad praxeos obrusam & lydium lapidem vocanda omnia,

an & quem habeant usum? certæ enim veritatis est, illa omnia frustra à nobis agitari, scribi & impendi, quæ usum in praxi non habent.

Non hunc illumve modum damnamus, qui miscuit utile dulci, & raritate luxuriantis naturæ occasionem captat rimandi ulterius abscondita, notare.

etiam, ceu in historiâ medicâ, quæ insolita occurrant, & quanta monstra fiant in medicinâ, consultum omnino est; Potior tamen omnis ac princeps consideratio est praxeos, aut certificandæ, aut ampliandæ.

Operam dedimus in præsenti opusculo, ut seu supplementum daremus theorematum

alio-

aliorum, ſeu complementum, ſeu facem præferremus conciſius noſcendi, aut rectius intelligendi tradita hactenus, aut tractare felicius de manu in manum recepta.

Si quid ergò utilitatis inde haurire licet, gaudebo apprimè, non fruſtra vel tantillum inſumptum fuiſſe laboris; ſin minus, voluiſſe

ſal-

ſaltim id ſatis fuerit, quem in ſcopum & noſtra collimarunt levidenſia illa, & alia ad prelum adparata, inprimis pharmacia in artis formam redacta, & de medicamentorum facultatibus commentarius, *proximè edenda*.

Reliqui ſuis autoribus ſingula, ne repetita vel recocta ſolum, quod

de crambe ajunt, ingrata evadant, ab iis huc repetenda; in singulis quæsivi, ut totum in exiguo clauderem, ut penitius & concisius citra ullas ambages utilitas constaret, & ut memoriæ mandari, vel inhærere potius facilè possent.

Erit tempus, volente Deo, ut, quæ singulatim elaborata sunt,

& fortean instar jam dictorum videbunt successivè lucem, conjunctim exhibeant integrum Institutionum seu Theorematum Medicorum opus, quorum hîc veluti umbram rudi penicillo dedimus.

Vale Lector, & nostrum publico alacriter inserviendi studium favore Tuo prosequere. Dab. Jenæ è muséo. M DC LXXVI. XVI. Cal. Decembr.

I.N.I.

I. N. J.

PARS PRIMA.

SECTIO PRIMA.

INTRODUCTIO AD MEDICINAM IN GENERE.

THEOREMATA.

1.

DAri medicinam vel ipsi convitiantes negare nequeunt.

2. Medicinam invenit *necessitas*, notavit *experientia*, probavit *ratio*, suggessit *casus*, & *alia*.

3. Medicina primùm confusa fuit, & paucarum herbarum: hinc verò in artis formam redacta ab iis, quos inventores celebrant.

4. Non unimoda verò rationis

explicatio diversas sectas in medicinâ peperit.

5. *Empirici* experimentis contenti: *Dogmatici* horum rationes inquisiverunt; seu, alii experientiæ, alii præter hanc rationi, tum Galenicæ, tum Hermeticæ, alii soli methodo adhæserunt.

6. *Methodici* compendium artis in methodo quæsiverunt, scil. *laxi*, *stricti*, & *medii* cancellis omnia comprehensuri.

7. *Hermeticorum* principia alia essendi, seu hypostatica: ☉, ♁, ☿; alia cognoscendi, alia curandi.

8 Acidum & alcali sunt insufficientia.

9. Omnes sectæ empiriâ conveniunt, eamque pro basi agnoscunt.

10. Præstat Dogmaticam & Hermeticam conjungere.

11. Medicina praxi cassa inanis est, unde à medendo dicta.

12. Principia habet scientifica; ast

in

in iis, ſcientiâ & ſpeculatione, non conſiſtit; ſed eadem applicat ad finem certum.

13. Gaudet demonſtrationibus firmis.

14. Perpetuum eſt in medicinâ, quod fieri debet, non id, quod ſequi contingit.

15. Medicinæ apud ægros uſus, apud ſanos honor eſt.

16. Medicina ars indefinita eſt, unde, ſi medicus omnia lege artis fecit, munere ſuo functus eſt.

17. Medicus morborum artifex, naturæ verò miniſter, & arcanorum promus condus eſt; utrumque nobiliſſimum.

18. Medicina & ſceleratis opem miniſtrat; brutis verò non niſi indirectè & ſecundariò competit.

19. Hîc eſt naturâ præſide turpe nihil.

20. Medicina non eſt purè φυσικὴ, nec mechanica.

21. Corpus humanum varias ſub-

it mutationes, circa hoc igitur occupatur medicus, seu sanum, seu ægrum.

22. Non merè passivum est; sed συνεργόν.

23. Finis internus, & mediatus, & quem semper obtinet medicus, est *curatio*; externus & ultimus, quem non semper, *sanitas*.

24. Medicina & cognoscit, & curat.

25. Cognitio est vel status s. n. in physiologia, vel p. n. in pathologiâ & semioticâ.

26. *Physiologia*, quidquid ad sanitatem machinæ humanæ facit, inquirit. Ubi enim desinit physicus, ibi incipit medicus.

27. *Pathologia*, quidquid integritatem hanc quovis modo vitiat.

28. *Semiotica*, quomodo id deprehendi penitius, & de eâ judicari debeat, pensitat.

29. Hæ igitur sunt ministrantes partes ad curationem præstandam,

(seu

(ſeu præſervativè, ut *hygiene*; ſeu curativè, ut *therapeutica*.)

30 Abſolvitur verò curatio ipſa materiâ medicâ ex triplici fonte.

PARTIS PRIMÆ.

SECTIO SECUNDA.

INTRODUCTIO AD STATUM NATURALEM, SEU RES SECUNDUM NATURAM.

1.

S*Anitatis* definitio uſitata alia eſt *formalis* per potentiam; alia *cauſalis* per conſtitutionem ſeu diſpoſitionem partium.

2. Conſideranda eſt tùm quoad *totum*, tum quoad *partes* ſingulas.

3. Sanus eſt, qui, quando vult & debet, firmiter & conſtanter absque impedimento & inculpatè præſtare poteſt actiones ſ. n.

4. Hinc menſura & regula valetudinis eſt potentia exercendi acti-

ones ſecundum ætatem, vitæ genus, ſexum, & officii partes.

5. Sanitas igitur æſtimanda ab integritate actionum, non in actu exercito; ſed ſignato.

6. *Actiones* naturales latè pro omnibus animati corporis actionibus accipiuntur. Aliàs verò in naturales, vitales & animales dividuntur.

7. *Naturales* dicuntur, quæ citra ullam cogitationem actualem vel potentialem fiunt.

8. *Animales* ſenſu & motu,

9. *Vitales* calore & pulſu abſolvuntur.

10. *Potentia* alia eſt *ſubſtantialis*, ſeu prima, cujus principium ipſa anima, ſeu facultas, baſis calidum innatum: alia *accidentalis*, à conſtitutione accidentali, ſeu organica.

11. Potentia prima non læditur, niſi per ſecundam, ſeu ab ipſis inſtrumentis læſis.

12. Actiones vel exercitæ ſunt, vel

vel immanentes, utræque ad ſanitatem ſpectantes.

13. *Pars* eſt, quidquid totum complet & integrat, ſeu, quidquid ad machinam ipſam ſpectat.

14. Variè dividuntur, aliæ enim à conſiſtentiâ ſunt *ſolidæ, fluidæ, ſpirituoſæ*: aliæ à principio generationis *ſpermaticæ*, aliæ *ſanguineæ*, aliæ *mediæ*: ab actione aliæ *principes*, aliæ *miniſtræ*: à compoſitione aliæ *ſimilares*, aliæ *diſſimilares*.

15. Similares temperiem, diſſimilares conformationem, utræque unitatem fœnerant corpori.

16. Similares ſunt elementa diſſimilarium.

17. Sanitas igitur integritatem machinæ corporeæ conſequitur,

18. Quæ in conſtitutione accidentali, optimâ temperie, conformatione & unitate conſiſtit.

19. Sanitas ut qualitas recipit magis & minus, ergò ſuâ gaudet latitudine.

20. Status tamen neuter doctrinæ gratiâ concedi potest, exemplo tertianariorum.

De Spiritibus.

21. Dari spiritus in corpore vivente, plurimæ probant rationes, tum à priori, tum à posteriori.

22. Ut enim natura animæ est incorporea, corporis densa & corporea, medium quasi vinculum sunt spiritus.

23. Hinc interceptis spiritibus *vitalibus* animi deliquium; *animalibus*, sensus & motûs privatio.

24. Non intelligitur per spiritus substantia incorporea; sed corporea, subtilis tamen, facillimè mobilis; seu spiritus dicuntur, non ob entitatem, sed analogiam, à tenuitate, raritate, levitate.

25. Spiritus unus in homine, distinctus tamen & duplex, subtilitate, gradibus, & officii diversitate.

26. *Insiti* dicuntur & *influentes*, intui-

tuitu communionis cordis cum partibus.

27. Spiritus naturalis, prout veteres illum ex hepate arcessebant, non datur.

28. Sufficit *vitalis* & *animalis*.

29. Differentes non à priori, sed à posteriori.

30. Spiritus vitales generantur ex subtilioribus, tenuissimis & aëreis partibus seri & sanguinis.

31. Anima radicaliter & emanantèr est in corde, eminenter in cerebro: idem verò subjectum calidi innati.

32. Spiritus sunt portitores animæ seu instrumentum ejus & facultatum primum.

33. Qui calidum innatum, ac humidum radicale vocant, & à potiori spiritus, abstractivè loquuntur.

34. Nullum verò aliud est & datur, quam sanguinis & seri ἐνέργεια & justa dispositio.

35. Gaudet 1. motu continuo. 2.

calore actuali. 3. roſcidâ humiditate, & 4. ſpirituoſitate, unde operationes totius corporis.

36. Calidum innatum non eſt cœleſtis naturæ, nec mediæ inter cœleſtem & elementarem; ſed elementaris, & vitale.

37. Spiritus animales ex vitalibus attemperatis & alcoolisatis fiunt in cerebro toto.

38. Animæ ſedes non eſt glandula pinealis juxta *Carteſium*.

39 Senſus & motus principaliter à ſpiritibus animalibus arceſſendi.

40. Ad nutritionem perficiendam concurrunt ſpiritus animales per accidens.

41. Succus nutritius nervorum nondum ſatis eſt demonſtratus & conceſſus magis.

42. Cum ſpiritus ſint animæ ſuppoſitum immediatum, ad eſſe individui primariò faciunt, minus ad ſpeciei.

43. Hinc

43 Hinc nec ſpiritus genitalis, ſi ſtrictè loqui velimus, admittendus, niſi ex hypotheſi

PARTIS PRIMÆ,
SECTIO TERTIA.

INTRODUCTIO AD COGNITIONEM STATUS CALIDI INNATI.

I.

VIta conſiſtit in calido & humido.

2. Cum ergò temperamentorum doctrina ad cognitionem ſtatus calidi innati nos deducat, illa non eſt vilipendenda ac negligenda.

3. *Temperamentum* aliud eſt *mixti*, aliud *viventis*, ſeu animati.

4. Illud *phyſicum* eſt & à qualitatibus primis, cum energiis ſuis conſideratis, deducitur.

5. Hoc *medicum* magis, & diſpoſitionem calidi innati ſequitur, neque à qualitatibus primis, niſi effe-

ctivè & à posteriori denominatur.

6. Temperamentum ad *pondus* in mixtis dari potest; in viventibus verò non, nisi analogicè & latè, seu impropriè.

7. *Justitiale* enim, ubi proportio in inæqualitate æqualis, viventibus est proprium.

8. Temperamentum igitur habet suam latitudinem, & mutari potest, seu intendi & remitti.

9. Unde aliud nativum est, aliud adscititium.

10. Temperamentum disponunt *remotè* elementa, *proximius* humores & principia chimica, *proximè* calidum innatum.

11. Resultat nempe ex seri & sanguinis, quæ vehiculum sunt calidi, & ipsum constituunt, dispositione variâ.

12. *Idiosyncrasiæ* impropriè sunt & dicuntur *nativæ*, quæ singulis hominibus; propriè & strictius, quæ *peculiares*

liares ſunt huic vel illi individuo ſympathiæ & antipathiæ.

13. Sive quoad *eſum*, ſive quoad *adſpectum*, ſive *effectum* medicamentorum.

14. Quæcunque calidum innatum, ſeu ſerum & ſanguinem immutare queunt, eadem & temperamentum, ſeu ſ. n. ſeu p. n. ſeu medio modo.

15. Temperamentum aliud eſt *totius*, ſeu univerſale, aliud *partium*, ſeu particulare.

16. Non ergo eſt mixtio niſi cauſaliter, non harmonia, niſi metaphoricè, non anima, niſi abuſivè; non ſubſtantia, ſed qualitas.

17. Aſtra temperamentum diſponunt remotè; denominationes verò inde factæ qualitatem eorum penitius exprimunt.

18. Temperamenta dicuntur à *prædominio*, ad exprimendam verò qualitatem & gradum penitiorem, etiam ex *ſubdominio*.

19. Qualitas temperamentorum non ſemper abſolutè; ſed *reſpectivè* intelligenda, & non ſemper actu, ſed *potentiâ*;

20. Adeoque tum ad ſe invicem, tum mixtorum ad hominem, tum hominis ad optimum referendum & judicandum.

21. Quando ſerum & ſanguis ſeu particulæ oleoſæ balſamicæ & humidæ quantitate & qualitate ſe invicem probè temperant, fit temperamentum calidum & humidum, ſeu *ſanguineum*.

22. Calidum & humidum temperatè & benè ſe habens, optimum eſt.

23. Quando particulæ ſulphureæ ſunt intenſæ, ſeroſæ verò blandæ deficiunt, calidum & ſiccum, ſeu *cholericum* temperamentum conſurgit.

24. Cum ſulphureæ ſub ſeroſarum ſunt dominio, fit frigidum & humidum, ſeu *pituitoſum*.

25. Cum quantitate & qualitate ſe minus temperant, & ſulphureæ

ſunt

ſunt obtuſæ à ſero minus blando, frigidum & ſiccum, ſeu *melancholicum* fit temperamentum.

26. Cum in bilioſo temperamento partes ſulphureæ ſalinis acidis magis acuuntur, fiunt atrabilarii.

27. Fœminæ viris ſeroſiores,

28. Et frigidiores, ſi non temperamento *innato*, tamen *adſcititio*.

29 Quò propiora ortui corpora, eò ſerum & ſanguis magis ſunt proportionata.

30 Infantes igitur plus innati, adſcititii minus habent caloris: plus ſubſtantiâ & multitudine calidum in iis pollet, quàm acrimoniâ.

31. Quò magis ſerum deficit, eò tum caliditas, tum ſiccitas magis augetur.

32. Senes copioſo pollent humido, ſed excrementitio.

33. Gaudent & ætates ſuâ latitudine.

34. Homo temperatiſſimus eſt, ſi non in individuo, tamen ſpecie.

PAR-

PARTIS PRIMÆ,
SECTIO QUARTA.

INTRODUCTIO
DE USU PARTIUM.

1.

FAcultates animæ, ne confusio oriatur, commodè tres statuuntur: *naturalis, vitalis* & *animalis*.

2. *Naturalis* vel ad *individui* esse, vel ad *speciei* pertinet.

3. Illud fit *nutritione* & *auctione*, hoc *generatione*.

4. Calidum innatum est vorax, adeoque egemus nutrimento.

5. *Nutritio* fit προσθέσει, προσφύσει, καὶ προσομοιώσει.

6. *Auctio* præter hæc ad certam molem extensione secundum omnes dimensiones.

7. Nutritio non perficitur chylo, nisi remotè sed sanguine & sero.

8. Sanguis intra vasa est alimentum potentiâ, & dicitur οἷον τροφὴ, quando in porositates excidit, μελ-

λον

λον τροφὴ, quando jam actu assimilatur, τροφή.

9. Arabum humor innominatus, ros, gluten, cambium, modum immutationis dicunt, mente tamen magis conceptibilem.

10. Auctionis terminus principalis est ossium extensio, adæquatus reliquarum partium, quamdiu calor mitis est & humido magis abundat.

11. Nutritio & auctio non differunt causâ universali, animâ, neque instrumentali, calore, nec materiâ, seu alimento; sed fine, formâ & duratione.

12. Immanenter tamen toto vitæ tempore durat auctio.

13. Interpretes indigentiæ corporis sunt *fames* & *sitis*, quæ uno verbo dicuntur *appetitus*.

14. Oritur hic *proximius* ab activitate caloris & menstrui salini in ventriculo, acrimoniâ suâ vellicantis teneros nervosos villos oris ventriculi,

15. *Remotè* à ſuctione vegetante, ſeu defectu partium nutribilium.

16. *Alimentum* deſideratur ſubſtantificum, γλυκερὸν, dulce, ex partibus aqueis, pinguibus, oleoſis & glutinoſis.

17. Concurrunt igitur cibus & potus, ut exinde fiat coctione liquor, quaſi emulſio, *chylus* ſcilicet, ſanguinis & ſeri elementum.

18. *Dentes* conciſione & contuſione ad meliorem concoctionem faciunt.

19. Sunt oſſa ſui generis, & faciunt quoque ad ornatum & loquelam.

20. Primum quaſi menſtruum eſt *ſaliva*, quæ ad humectationem, guſtum ſuaviorem & ſolutionem facit.

21. *Coctio* fit calore & menſtruo.

22. *Ventriculus* eſt quaſi retorta tubulata, ubi chylus, ceu quinta eſſentia aſſumtorum, fit & evaporat. Velut vaſculum eſt, inquit *Hippocrates*, quod

quod transmittit alimentum, & fecem retinet.

23. *Menſtruum* ventriculi, ſeu fermentum aliàs, eſt ſalinum; inſipidum ad ſenſum, non corroſivum, non acre, non acidum, in receſſu tamen ſingula hæc habens.

24. *Ventriculus* & *inteſtina* ſunt cauſæ ſociæ.

25. *Bilis* & *ſuccus pancreaticus* extra ventriculum menſtrui vicem ſubeunt, & ſeparationem utilium ſequiorum adjuvant.

26. *Cor* ſanguificat principaliter, reliqua viſcera, inprimis *hepar*, miniſterialiter: illud effectivè, hæc depurativè.

27. Cordis igitur uſus triplex eſt: 1. ſanguinem alimentarem præparare. 2. ſpiritum vitalem elaborare. 3. utrumque per pulſum in univerſum corpus diſpenſare.

28. Fiunt hæc & adminiſtrantur motu perpetuo, calore animali, vivifico, fermento ſeminali.

29. Mo-

29. Movens primarium est anima, mobile est sanguis, viæ seu vasa sunt duplicia, revehentia *venosa*, evehentia *arteriosa*. Modus est conquassatio & ὦσις.

30. Invehuntur igitur ad cor duo liquores, immediatè sanguis & lympha per venam cavam; mediatè chylus.

31. *Venæ lacteæ* triplicis sunt ordinis: quædam *attrahunt*, quædam *colligunt*, quædam *distribuunt*.

32. Attrahunt Asellianæ in mesenterio diditæ, colligit receptaculum chyli Pecquetianum, distribuit ductus lacteus thoracicus.

33. Ductus hic chyliferus modò chylum, modò lympham vehit.

34. Exaltatæ & explicatæ partes sulphureæ & salinæ volatiles chyli in corde purpuram induunt.

35. Circulatio sanguinis plurima in medicinâ dubia dirimit.

36. Fitque continuo appulsu sanguinis per *venam cavam* in dextrum cor-

TAB. I. DE VASIS CORDIS.

ad pag. 21.

- VASA CORDIS VENTRICULORUM
  - I. *Dextri* flaccidioris
    - 1. Vena Cava
    - 2. Arteria pulmonaris
      - habet valvulas
        - tricuspides tres, foris intrò spectantes, id est, foris apertas, intus clausas.
        - sigmoides tres, intus foras spectantes.
  - II. *Sinistri* crassioris
    - 1. Arteria magna
    - 2. Vena pulmonaris
      - habet valvulas
        - sigmoides tres, intus foras spectantes, id est, intus apertas, foris clausas.
        - tricuspides duas, foris intrò spectantes.

ordis ventriculum, & continuâ a-
nandatione ad partes ex ſiniſtro
er *aortam*.

37. Speciatim ad pulmones ve-
unt & revehunt reliqua duo. Vid.
ab. I. de vaſ. cord.

38. *Pulſus* eſt horologii noſtri in-
uies, fitq; dilatatione ſeu *diaſtole*,
x conſtrictione ſeu *ſyſtole*.

39. *Bilis* & *ſuccus pancreaticus* ſe-
undariò inteſtina leniter ſtimu-
ant, & putredinem aliquandiu pro-
rahunt.

40. *Pulmones* ad intra, ſeu quo-
d corpus, ignem naturæ ventilant:
d extra reſpirationi & voci forman-
dæ inſtar organi muſici inſerviunt.

41. *Hepar* tranſcolando ſangui-
nem particulas magis ſulphureas
x acriores volatiles ſeparat.

42. *Bilis* diſpenſat ſulphur ſangui-
nis, ſeu partes oleoſas balſamicas
olatiles.

43. *Lien* diſpenſat ſerum ſangui-
nis, ejusq; hinc conſiſtentiam, ceu
coa-

coagulum quoddam, non verò im-
ſpirat fermentum ventriculo.

44. *Renes* tranſcolant ſuperfluum
& deſciſcens à ſtatu ſuo ſerum, unaa-
que partes ſalinas.

45. Ubique ſeri ſuperflui receptaa-
cula, nullibi ſanguinis excretio, præ-
terquam in fœminis.

46. Ut *generatio* fiat, opus eſt com-
ceptione, quæ fit in inſtanti à ſemi-
ne fœcundo.

47. Principia ad fœtus genera-
tionem concurrunt duo: *ſemen* &
ſanguis; illud magis κατ' ἐνέργειαν,
hic magis κατ' ὄγκον.

48. Semen non deciditur à toto,
neque ex chylo fit, neque ſanguis eſt
immutatus; ſed

49. Materialiter eſt ſubtiliſſimus
ſeri flos, in id enim penitus reſolvi
experimento patet; formaliter ele-
menta & ideam hominis conti-
net.

50. *Teſtes* viriles nihil aliud ſunt,
quam congeries minutiſſimorum

Va-

aſculorum ſemen conficientium; muliebres ſunt ovarium.

51. Fœminæ quoque habent ſemen.

52. In coitu ergò fœcundo ſeminale contagium per tubas uteri ad teſtes, ſeu ovarium muliebre deferitur, pro irrorandis & fœcundandis ovis.

53 Ova fœcundata per tortuoſas earundem cavitates in uterum provolvuntur.

54. Membranisque & vaſis pro nutritione inſtructa in capacitate hujus ad tempus debitum aſſervantur.

55. Fœtus nutritur per vaſa umbilicalia, non item per os.

56. Lac eſt pars chyloſior & ſeroſior ſanguinis, ſegregata & alterata in mammis.

PAR-

PARTIS PRIMÆ,
SECTIO QUINTA.

INTRODUCTIO
DE USU PARTIUM
AD EXTRA.

1.

Sensus externi sunt quasi emissarii & portitores sensus communis.

2. Sensus seu sensatio nostra non est simplex apprehensio; sed combinata cum aliquo judicio.

3. Defectus quilibet sensuum non adscribendus est *facultati*; sed dispositioni *organi*.

4. Sensus externi sunt quinque, unus universalis, tactus; reliqui proprii, visus, auditus, gustus, olfactus.

5. *Objectum* sensuum est duplex, unum per se; alterum ex accidente, ut substantiæ corporeæ, quæ per se sub sensum non cadunt, nisi sensibili qualitate obsignentur.

6. Id

6. Id, quod per ſe, aliud eſt *proprium*, aliud *commune*.

7. Proprium eſt, quod nullo alio ſenſu percipitur.

8. Objecta ergò ſenſuum propria ſunt quinque: objecta viſibilia, ſonus, ſapor, odor, & ſpecies tactiles.

9. Commune, quod aliis quoque ſenſibus ſui notionem impertit.

10. *Objecta* ergo ſenſuum *communia* ſunt quinque: motus, quies, numerus, figura, magnitudo.

11. Circa hæc ſenſus facilè errare ſolent.

12. Organa ſenſuum ſunt quinque: oculus, auris, naſus, lingua, membrana.

13. Senſus ergo caloris & frigoris, & titillatio venerea juxta *Scaligerum*, non faciunt ſextum vel novum ſenſum.

14. *Medium* quodvis debet eſſe proportionatum.

15. Omne verò ſenſile excellens tedit ſenſus.

16. Cerebrum eſt organon immediatum & ut quod cognitionis, reliqua ut quo, receptionis & cognitionis κ̃τ' κοινωνίαν.

17. Oculus in machinâ corporis humani eſt camera obſcura.

18. Hinc viſus fit non emiſſione ſed receptione & cognitione.

19. Partes oculi aliæ tegunt, aliæ movent, aliæ ſentiunt. Motum præſtant nervi ſecundæ conjugationis & muſculi; ſenſum nervus opticus expanſus.

20. Tunicæ oculi propriæ pro antico vel poſtico ſitu variant nomem.

21. Viſus principaliter fit in tunica retinâ.

22. Humor cryſtallinus inſtar lentis ſe habet, viſionem verò non ſuſtinet.

23. Viſio non uno tantum fit oculo;

24. Sed per radium, è directo, ubi radii emiſſi ab objecti puncto vel confuſè vel exactè uniuntur.

25. Ob

25. Objectum visus principale, lumen; secundarium & adæquatum color est.

26. Aer reverberatus & sonans refringitur in tympano, suscipitur in cavitate, & ab aëre innato, dijudicatur à nervo & cerebro.

27 Ossicula auditus etiam in infante jam omnibus modis perfecta sunt.

28. Humidiora minus sonant, quia ad refractionem minus apta.

29. Vector rerum odorabilium seu effluviorum subtilium exhalantium est aër.

30. Sulphur est principium odorum radicale, sal, inprimis volatile, explicativum.

31. Processus mammillares olfactum præstant remotius, & dispensando; membrana narium fibras eorundem explicatas exhibens, proximè.

32. Sal primum est sapidum, pro-

ut ergo variant ſalinæ particulæ, ita & ſapor.

33 Requiritur igitur harum ſolutio quod fit ſalivâ; lingua poroſa, ut insinuari & afficere; motus, ut agitari & applicari poſſint intimius.

34. Tactus organon eſt membrana nervis vigorata.

35. Nervi ſunt alvei & portitores ſpirituum, faciuntque ad ſenſum in partibus membranoſis; ad motum in carnoſis.

36. Organon igitur motus voluntarii in actu ſignato princeps eſt ſpiritus animalis, miniſtri ſunt nervi; in actu verò exercito, muſculi,

37. Qui ad omnes motus ſpecies aptari poſſunt, & naturaliter magis contrahi amant, motu verò tonico laſſantur magis.

38. Affectus principaliter hærent in cerebro; adæquatè & ultimatè in corde & hepate.

39 Operationes animæ rationalis principales intrinſecæ ſunt duæ

inte-

ntellectus & voluntas ; extrinseca
eu instrumentalis, sermo.

40. *Intellectus* cognoscit verum, *oluntas* appetit bonum. Intellectus st immanens voluntas, voluntas intellectus externus.

41. *Sermo* cogitata exprimit.

42. *Judicium* de omnibus sensibilibus latum dicitur sensus communis: uia omnibus externis sensibus æquè conjungitur, omnesque de eo articipant.

43. *Imaginatio* hinc circa objecta n ideâ concepta, licet absentia, vaiè ludit, nunquam cessans.

44. *Ingenium* verò species ipsas erceptas, & in ideam formatas diserit & retinet.

45. *Sensus interni* sedibus in cerebro non sunt distincti.

46. Accidentia seu affectiones ensuum sunt somnus & vigiliæ.

47. Feriantur sensus, exceptâ hantasiâ, in somno,

48. Concidentibus cerebri poris

à ſuavibus vaporibus, ſeu roribus ciborum, cum ſero blando ſubſtantialiter communicatis,

49. Adeoq; vel irretitis quaſi ſpiritibus, vel laſſatis, nec ita pandentibus poros.

50. Vigilia continuam ſpirituum activitatem, ſui juris exſiſtentium, ſequitur.

PARS SECUNDA.

SECTIO PRIMA.

INTRODUCTIO AD NOTIONES ET TERMINOS CIRCA MORBOS OCCURRENTES.

1.

P*Athologia* ſtatum machinæ humanæ p. n. conſiderat,

2. Ratione læſionum ipſarum ſeu morborum, cauſarum morbificarum, & conſequentium ſymptomatum.

3. Quid

3. Quidquid ergo in conſtitutione partium fabricæ humanæ p. n. hæret, morbus eſt, tum quoad totum, tum quoad partes ſingulas.

4. Quædam diverſo reſpectu & morbi & ſymptomatis titulum poſſident, quædam morbi & cauſæ morbificæ.

5. Omnis igitur morbus eſt qualitas, nec ſubſtantia dici poteſt, niſi καταχρηστικῶς.

6. Omnis morbus habet permanentiam ſeu exſiſtentiam in parte.

7. Omnis morbus lædit actiones primò, immediatè & ſenſibiliter, ſeu omnem morbum ſequitur actio læſa.

8. Læſio illa in abolitione, deprauatione & imminutione conſiſtit.

9. Morbus *formaliter* conſideratus definitur per impotentiam; *cauſaliter* per diſpoſitionem; medio modo per affectum.

10. *Subjectum* morborum ut quod eſt totus homo, ut quo corpus, ani-

mâ vegetativâ & organicâ instructum.

11. Anima enim rationalis non læditur, nisi indirectè & per accidens.

12. Κατ' ἐξοχὴν morbum sustinent partes solidæ, adæquatè etiam humores & spiritus.

13. Suntque hi subjectum magis inhæsionis, denominationis verò partes solidæ.

14. Morbi hi humorum & spirituum sunt tres: peccant enim vel quantitate, vel qualitate, vel motu, exemplo sanguinis.

15. Partes etiam ignobiliores morbos patiuntur.

16. Modus, quo subjectum seu partes afficiuntur, est duplex: per essentiam & per consensum.

17. Essentialiter afficitur, quando in se habet dispositionem permanentem, & primariò.

18. Per consensum, quando aliunde, tanquam ex foco, afficitur.

19. Consensus est duplex: positivus;

vus, ſeu cum materiâ & affluxu : & privativus, citra eundem.

20. Cauſat igitur morbum conſtitutio p. n. partium tum ſimilarium, tum diſſimilarium,

21. Quæ reſpectu archei dicitur *Helmontio* ſaltim cauſa occaſionalis.

22. Morborum differentiæ vel ab eſſentiâ ſeu ſubjecto, vel accidentibus deſumuntur: illæ eſſentiales, hæ accidentales dicuntur.

23. Morbus hinc alius eſt ſimilaris, ſeu intemperiei, alius organicus, ſeu malæ conformationis : alius communis, ſeu ſolutæ unitatis.

24. Similaris dicitur læſio actionis, quæ ſimilaribus primariò & quatenus ſimilares competit, non quatenus organon, vel unum ſunt.

25. Morbi intemperiei fiunt, cum qualitas quædam prima à calido & humido nativo reſultans in exceſſu vel defectu peccat, adeoque intemperies omnis caloris vel ſeri p.n. ſtatum notat.

26. Est itaque intemperies 1. ratione compositionis alia simplex, alia composita.

27. Ratione inhæsionis 2. alia materialis, seu cum materiâ manifestâ, humorum affluxu vel tumore: alia immaterialis, quæ minus illa evidenter, manifestè & ad sensum habet.

28. Ratione generationis 3. alia æqualis, ab affectione æquali particularum, alia inæqualis, ut in dolore.

29 Ratione accidentium 4. alia est simplex, alia maligna; ratione subjecti 5. alia universalis, alia particularis.

30. Intemperies maligna dicitur, quandocunque calidi innati, sanguinis & seri, vincula & proportio magis vel minus violenter resolvuntur & destruuntur.

31 Et hi morbi dicuntur totius substantiæ seu ὀσίας, vel occultarum qualitatum; in malignâ dispositione partium similarium, inprimis sanguinis, consistentes.

32. Dari morbos totius substantiæ hoc sensu certum est. 33. Mor-

33. Morbi materiæ & formæ juxta Fernelium non dantur.

34. Ut verò intemperie partes humidæ & ſpirituoſæ potiſſimum: ita conformatione & unitate ſolidæ magis læduntur.

35. Quæcunque ad fabricam ſeu organon ipſum quà tale ſpectant, illa morbis organicis affici dicuntur.

36. Nil excedit vel deficit in numero, niſi quod naturaliter ut pars integrans adeſt vel adeſſe debet.

37. Tumor alius naturalis, alius non naturalis, alius p. n. eſt.

38. Omnis vitioſa qualitas metienda eſt tum ad ſpeciem humanam, ceu regulam Lesbiam & quaſi ſtatuam, tum ad individuum ipſum.

39 Quæ duplicia in corpore ſunt membra, regula & menſura ſunt ſui implicis.

40. Figura naturalis & p. n. ab oſſium ſtatu dependet.

41. Vias in corpore humano deet eſſe liberas.

42. Si amplientur v. gr. vasa sanguiflua, fiunt inde fluxus sanguinis, seu per simplicem reseratione osculorum, & ναυσίωσιν, vel rarefactionem & transsudationem pororum, quod rarius, vel fissionem & erosionem, quod frequentius.

43. Sin obstruantur & angustentur quovis modo, communicationem partium per immittenda ac emittenda cessare necesse est.

44. Receptacula quoque & cavitates frequentius laxantur vel angustiores fiunt, e. gr. ventriculus.

45. Quando læves partes reddunturasperæ, duræ mollescunt &c. actio organi ita læditur.

46. Situs & connexio à ligamentis, membranis & contiguitate læsa vitiantur.

47. Soluta unitas unitatem, integritatem & continuitatem actu læsam denotat.

48. Hujus differentiæ sunt quin

qu

que: 1. contusio. 2. ruptura. 3. vulnus. 4. fractura 5. ulcus.

49 Morbi universales à vasis penitius affectis, quæ sanguinem & spiritus dispensant, dicuntur.

50. Differentiam quoque sortiuntur morbi à temperamento, sexu, ætate, vitæ genere, v. g. alii morbi sunt viriles, alii fœminei, quidam communes.

51. Fœmina omnem morbum bis patitur.

52. Ratio consensus consistit in communione vel generis, vel viciniæ, vel vasorum, vel officii.

53. Diuturnitate morbus per consensum essentialis fieri potest.

54. Chronici rarò fiunt per consensum.

55. Alii citius, ut acuti, alii tardius, ut chronici, moventur.

56. Morbi inter se variè misceri, complicari & conjungi possunt, & sæpe separati videntur, qui conspirant.

57. Morbi à ſerosâ colluvie oriundi, & cum dolore conjuncti, utplurimum noctu exacerbantur.

58. Connati & connutriti omnes graviores; adſcititii contrà.

59. Hæreditarii inprimis ſunt: epilepſia, phthiſis, calculus, arthritis.

60. Omnis morbus intermittens tutior non intermittente.

61. Vagi dicuntur, qui nec tempus, nec locum eundem ſervant.

62. Quò pars affecta nobilior, læſio gravior, & mos pejor, eò major morbus.

63. Alii tamen magni ſunt reverà, alii apparenter.

64. Non tamen omnis magnus eſt acutus, ſed vice versâ, omnis acutus eſt magnus.

65. Acuti vehementiâ, velocitate, continuitate & periculo chronicis opponuntur.

66. Differunt inter ſe quoque gradibus, prout enim major vel minor

nor impetus, eò magis vel minus acutus.

67. Omnis morbus pestilens & malignus est contagiosus, sed non contra.

68. Maligni insidias maximè struunt, & primâ fronte abblandiuntur; in recessu tamen periculum gravius habent.

69. *Sporsi* proprium cujusque individui vitium; *endemii* vitium commune & immanens loci, (& causam communem quasi, essentialem, & perpetuam,) *epidemii* vitium commune, sed transiens, accidentale & temporarium aëris v.g. præsupponunt.

70. Morbi tempus est quasi ipsius ætas & curriculum, quo in alium atque alium statum mutatur. Estque vel universale, quod toti morbo, vel particulare, quod paroxysmis competit.

71. Gaudent verò hæc tempora suâ latitudine, omnibusque morbis competunt, si non actu, saltim potentiâ.

72. O-

72. Omnes moriuntur in ſtatu, nemo in declinatione verâ.

PARTIS SECUNDÆ SECTIO SECUNDA.

INTRODUCTIO AD CAUSAS MORBORUM IN GENERE ET IN SPECIE.

1.

CAuſæ morborum ſunt, quæcunque ad eorum productionem magis vel minus concurrunt.

2. Alia ergò eſt immediata, alia mediata.

3. *Immediata* aliquando dicitur continens, in morbis cum materiâ, extravaſatâ potiſſimum.

4. Immediata unica ſemper eſt; mediatæ vel proximiores, vel remotiores.

5. *Mediata proximior* eſt duplex, quoad *eſſentiam*, humoroſa vel vaporoſa.

6. Hu-

6. *Humores* sunt vel *alimentarii*, vel *excrementitii*.

7. *Alimentarius* principalis est sanguis, ministerialis serum mite seu lympha.

8. Excessus alimentariorum, quando particulæ serosæ & oleosæ æqualiter abundant, dicitur *plethora*.

9. Excrementitiorum, saltim à posteriori & respectivè, dicitur *cacochymia*.

10. Quatuor diversæ partes sanguinis, sanguis, bilis, pituita, melancholia, juxta veteres, naturales non dantur: attamen modum ejusdem dicunt, unde rectius sanguis biliosus, pituitosus, melancholicus dicitur.

11. *Plethora* igitur datur, contra *Helmontium*, & calorem nativum obruit.

12. Est verò vel *pura*, vel *notha*, seu de cacochymiâ participans, vel ad eam inclinans, pituitosa, biliosa, melancholica.

13. Plethora *quoad vasa* est cum exten-

tenſione vaſorum, & laſſitudine tenſivâ, *quoad vires* cum gravitate membrorum, & proxima cacochymiæ.

14. Humores *excrementitii* ſunt vel *naturales*, ut bilis excrementitia naturalis, pituita inteſtinorum, &c. vel *præternaturales*.

15. Adeoque *cacochymia* eſt principaliter in ſanguine, & notat diſpoſitionem ſeri & ſanguinis ad ſtatum p. n. eſtque bilioſa, pituitoſa, melancholica: adæquatè etiam extra vaſa, quatenus naturales excrementitii humores peccant.

16. *Cacochymia bilioſa* notat abundantiam particularum alcalinarum volatilium & ſulphurearum cum pauco ſero dilutarum.

17. Vitellina, porracea, æruginoſa, iſatodes, magis notant ſtatum bilis excrementitiæ extra vaſa, prout vel ob pauciorem liquorem diluentem, vel ſal volatile excedens varias corruptiones ſubit.

18. Bilis igitur diſpenſat inprimis

ca-

calorem p. n. ſanguinis, & fluxus alvi p. n. ardores, febres &c. aliosque morbos acutos producit.

19. Peccat quoad *eſſendi modum*, ut alii quoque humores, quantitate, qualitate, & motu; inprimis vero volatilitate, acrimoniâ, glutinoſitate, aquoſitate, inertiâ, unde varia producta.

20. *Pituita* ſerum coagulatum notat, in vaſis à ſero; extra vaſa, ut in inteſtinis, à chylo potiſſimum.

21. Sive ſibi relinquatur, ſeu acceſſu ſalium acrium vel acidorum modificetur.

22. Hinc oleoſitatem ſanguinis obtundit, fluxiones & dolores varios excitat.

23. Adeoque aliquid magis dicit, quam ſalſum, acidum, acerbum; quod & de qualitatibus ſeu adjunctis bilis & melancholiæ valet.

24. *Melancholia* nil aliud notat, quam ſtatum ſeri particulis fixis, ſalinis, acidis, & fluorem adeptis, tartareis inquinati.

25. Hinc

25. Hinc & à veteribus nominatur acida, & optimè cum aceto vel fece vini, juxta *Galenum*, potest comparari.

26. *Atra bilis* verò altera melancholiæ species est, quando minori seri diluentis quantitate salia acria, acerba, austera, pontica sulphur abundantius biliosum explicant & corrumpunt;

27. Hinc corrosiva fit, & cum ☿ to, vel juxta *Galenum* cum fece vini ustâ conferri optimè potest, exempo elephantiasis, cancri, &c.

28. Gaudent tamen hæc omnia suâ latitudine: illa magis fixior; hæc volatilior, &c.

29. *Serum* quoque, non minus ac reliqui, quantitate, qualitate & motu peccat.

30. *Flatus* pater est calor nativus respectivè, ac vel per se, vel per accidens debilis: mater humor aqueus & pituita, reliqua accidentia eundem modificant.

31. *Cau-*

31. *Causæ mediatæ remotiores* sunt vel supranaturales, vel naturales, vel nonnaturales, vel præternaturales.

32. Dantur morbi à fascino, neque tamen quivis graviores ad veneficia referendi.

33. Nupti ligari possunt, contra *Borellum*.

34. *Philtra* etiam ad veneficia spectant, & in certam personam ob mumialem confermentationem aliquando agere possunt.

35. Remotiores *naturales*, ætas, sexus, dispositio hæreditaria, habitus corporis astra, temperamentum, disponunt magis.

36. Omnis subita mutatio *rerum nonnaturalium* est periculosa.

37. *Aër* est vehiculum contagii.

38. Plurimi verò morbi fiunt à transspiratione prohibitâ.

39. Qualis cibus, talis chylus, qualis chylus, talis sanguis; qualis sanguis, talis sanitas.

40. *Motus* & *quies* dispensant caloris ventilationem.

41. Motus à cibo fortior chylum in vasa præcipitat.

42. *Somnus* & *vigilia* serum dispensant remote: ille coagulando; hæ absumendo, & dissipando.

43 Somnus meridianus non omnibus nocet, multis prodest.

44. *Animi pathemata* dispensant sanguinem & spiritus, vel laxando & movendo fortius ad extra, ut ira, gaudium: vel concentrando ad intra, ut terror, metus, ira implicita.

45. *Excreta* & *retenta* dispensant recrementa chyli & sanguinis.

46. Malus corvus, malum ovum, hinc res p. n. ipsæ varios alios excludere solent morbos.

47. Ut vero causæ morbificæ in corpus agant, requiritur agentis & patientis proportio.

48. Ex principiis chimicorum deducendi morbi non possunt ad *acidum* & *alcali* unicè referri, nec omnes chronici morbi ab acido, nec omnes acuti ab alcali deduci.

TAB. II. DE CAUSIS MORBORUM EX PRINCIPIIS CHIMICIS.

ad pag. 46.

- ⊖ (Sal commune)
  - *resolutum* (pauco sero) pungit & erodit
    - vel *occultè*, si magis peccet acore } unde { omnes dolores pungitivi, cephalalgia, podagra, pleuritis, dolor ischiadicus, stranguria.
    - vel *manifestè*, si magis peccat alcali, idque } vel
      - *mitius*, ut scabies, pruritus, diarrhœa, vomitus.
      - *fortius*, ut erosio ventriculi, phthisis, ulcera, apostemata, dysenteria, cholera.
      - *fortissimè*, ut ♋, lepra, lues ♀ea, scorbutus consummatus, gangræna; & tunc dicitur *reverberatum*.
  - multo sero facit { catarrhos, sudores, cachexiam, hydropem, hydrocephalum, leucophlegmatiam &c.
  - *coagulatum* distendit & obstruit, unde
    - *tumores*, ut tophi, calculi, scirri.
    - *obstructiones* & constipationes, colica, durities hepatis, obstructio vasorum, grumescentia sanguinis, ischuria, chronici &c.

Not. si cum terrenâ substantiâ coaguletur, dicitur ♃.

- ♃ (Sulfur)
  - *resolutum* (seu visciditate suâ diffluens) à ⊖le ♀io
    - sero { fit *narcoticum*, hinc excitat affectus soporosos, lethargum, comatarum; cum oblivione & stupiditate &c.
    - mutat { *colorem*, unde icterus &c. / *odorem*, hinc fœdus halitus, ulcera fœtida, putrilagines.
  - *coagulatum*, *inflammat* vel { cum febre, hinc omnes febres, erysipelata, &c. / sine febre, unde mania, inflammationes, ophthalmiæ &c.
- ♀ (Mercurius)
  - *resolutus* { *inflat*, hinc flatus omnis generis, rugitus, nictus, tympanites, colica, ventris inflationes, pnevmatocele.
  - *coagulatus* seu fixatus { *intercipit* vel { *sensum*, ut amentia, melancholia &c. / *motum* simul, unde epilepsia, paralysis, apoplexia, catalepsis, palpitatio cordis, lipothymia, syncope.

49. ⊖, ♃ & ☿ in ſtatu *reſolutionis* & *coagulationis* conſiderare ſatis eſt: inde ſublimati, pneumoſi, cremoſi, præcipitati, & alia nomina omittere conſultum.

50 ☿ ſerum & ſpiritus complectitur, ♃ partes oleoſas ſanguinis, ⊖ acidas, ſalinas, & lixivioſas.

51. *Intemperies calida* & frigida omnis à ſtatu ſanguinis p. n. ſeu calidi innati deducenda.

52. Intemperies calida uti calorem extraneum notat, ita ab omnibus illum quovis modo efferantibus oritur.

53. Eſtque vel *febrilis*, vel absque febri, vel maligna, prout gradus cauſæ morbificæ variant.

54. *Febres* cauſat, quidquid σύστασιν ſanguinis, ſeu ejusdem cum ſero proportionem, conſiſtentiam & motum turbat, adeoque fermentationem p.n. inducit.

55. *Frigida* cauſa eſt, quidquid ſanguinem & calorem reſolvendo, vel alio modo depauperat.

56. Hu-

56. *Humida* & *sicca* à statu seri p
fit.

57. Intemperies particulares alli
præsupponunt circulationem san
guinis & seri impeditam, unde fiun
vel sensim per συναθροισμὸν, vel con
fertim ac cum impetu per ῥύμαπι
σμὸν seu influxum, unde dolor, ca
lor, tumor.

58. Συναθροισμὸς seu collectio fi
in parte affectâ ipsâ, vel ob facultat
tem læsam, vel ob errorem exter
num.

59. Ῥύμαπισμὸς seu influxus al
unde, ubi requiritur 1. partis man
dantis robur, (seu à toto, seu à certa
parte,) 2. recipientis debilitas nativ
vel adscititia, 3. humoris copia, 4. va
sa, & 5. modus, quem per ἕλξιν, à ca
lore & dolore promotam, & ὤσιν ex
plicant.

60. *Totius substantiæ* morbi caus
sunt, quæcunque calidum innatum
seu sanguinis crasin & motum vio
lenter pervertere & resolvere que

unt

nt : ſeu proximius, ſeu remotius
nagis,

61. Idque vel ab interno vitio hu-
norum proprio, vel ab externo, ut
ontagio.

62. *Contagium* eſt vel immedia-
um, vel mediatum, & præſupponit
corpus aliud contagioſum. 2. μίαμα
in ſale volatili tenui & viſcoſo
onſiſtens, 3. corpus ſeu patiens dis-
oſitum.

63. *Tumores* à flatibus, humori-
us & corporibus ſolidis fiunt.

64. Relaxatio vaſorum p. n. ſeu
ναρόμωσις fit vel per ſe à ſanguinis
itio, vel copiâ, vel qualitatibus pri-
nis & ſecundis, vel motu peccantis:
el per accidens ab obſtructione

65. Διαίρεσις ab ejusdem potiſſi-
num acredine ſalinâ, interdum & à
opiâ vel ruptione externâ.

66. Διαπήδησις vaſorum rarefa-
tionem, pororum laxitatem & ni-
iam ſeroſitatem ſequitur.

67. Obſtructio præſupponit ma-

teriam ſeparabilem meatus occlu
dentem, vel vaporoſam, vel humco
roſam, vel ſolidam.

68. Sive ex toto, ſive ex parte; ſiv
in principio, ſeu alibi.

69. Sanguinis limus ſeu tartaru
parietibus vaſorum ſe affigere, mo
tumque hinc impedire poteſt, præ
cipuè ſi ab acido coagulatio fiat.

70. *Morbi cavitatum* fiunt propte
contenta, adnata, vicina, impoſita
vincula.

71. Ulcera optimè ad principium
ſalinum referuntur, ſeu extrinſecu
accedens, ſeu interius generatum
à ſolo verò acido ea derivari expe
rimentis contrarium eſt.

PARTIS SECUNDÆ,

SECTIO TERTIA.

INTRODUCTIO AD EFFECTUS MORBI EORUNDEMQUE CAUSARUM COGNITIONEM.

1.

QUidquid extra conſtitutionem partium fabricæ humanæ p. n. æret, & ab alio productum eſt, dicitur ſymptoma.

2. *Symptomata* ſunt producta & comites morborum.

3. Noſcitur igitur ex ſocio, quin on cognoſcitur ex ſe.

4. Comites hi alii ſunt individui, roprii, quæ ſymptomata dicuntur ſſentialiter inhærentia & pathonomica, alii communes, (quæ υνεδρεύοντα dicuntur, & abeſſe poſſunt,) alii novi, quæ ἐπιγενόμενα.

5. Similia non ſunt latius exten-

denda, unde ablato morbo non im
instanti æque tollitur symptoma.

6. Ut morbus morbum, ita &
symptoma symptoma producere,
durante morbo, potest.

7. Habent ergo dependentiam
symptomata tum à se, tum à morbo.

8. Symptomata non persistunt
vel persistere possunt per se, sive abs
que morbo.

9. Causa morbifica non nisi inter
medio morbo producere potest
symptomata primaria; secundaria
verò potest.

10. Symptomata causæ vestem
induentia dicuntur, quando ur
gent, & grave periculum minitam
tur.

11. Symptomata sunt triplicia, ra
tione subjecti, circa quod hærent:
actionis læsæ, *excretorum* ac *retentorum*
& *qualitatis mutatæ*.

12. Symptomata alia sunt *præcipua*
& primaria, quæ proximè morbo adh
hærent, ut actiones læsæ; alia *secun*
dari

ari.i & mediata, ut excretorum ac etentorum, & qualitates mutatæ.

13. Actiones læduntur itidem vel roprio vitio partis ipsius, vel extraeo ; vel *ob facultatem læsam*, vel *ob rrorem externum.*

14. *Aboletur* actio vel ad sensum, el reverà : *imminuitur*, quando ærè, difficulter, tardè, imperfectè fit : *epravatur*, cum in quantitate, vel ualitate, vitiosè, corruptè, immodiè, indecenter, non, uti debet.

15. Actio ergo aucta peculiarem lassem non constituit.

16. Excretorum vitia ad non-naturalium & p. n. classem pro diverso tatu spectant.

17. Qualitates sensibiles seu sensius obviæ mutatæ tertiam symptonatum classem constituunt, v. gr. olor, odor, sonus, sapor, & tactiles rimæ & secundæ.

18. Symptomata secundaria reulantur à primariis.

19. Symptomata ventriculi à ca-

lore & menſtruo malè habente optimè deducuntur.

20. Sic calor deficiens, obtuſus, improportionatus: ſic fermentum deficiens, obtuſum oleoſis, ſpirituoſis, ſulphureis, opiatis, mucilagineoſis, lixivioſis, dilutumque & fixium *appetitum* vel *abolet*, vel *imminuit*.

21. Saliva blandâ diluitione perpetuum appetitus ſtimulum contemperat.

22. Sic *diutina abſtinentia*, ſi non ſimulata & fabuloſa, ab obtuſo calore & fermento orta, neque à cibo & potu ſimul fuit.

23. Sic calor fortior, & fermenta acrimonia, ſive per ſe, ſive per accidens, inprimis verò nimis acidum appetitum p. n. augent, ſive ſimpliciter, ut in *bulimo*, ſeu cum vomitu, ut in *appetentiâ caninâ*.

24. Appetitus abſurdorum in *ppcâ ἀῤῥωϛίαν Διανοίας*, & fermentum adulteratum ſequitur.

25. Qui

25. Quæ picâ laborant, non pulchriores semper gerunt fœtus.

26. Sæpe quidem contraria saturantia, sæpe tamen nec similia, nec contraria, sed absurda planè appetuntur.

27. *Sitis* vel defectum diluitionis, vel calorem p. n. totius, vel acrimoniam salsam sequitur: à copioso verò diluente abest.

28. *Chylificatio læsa* ab evaporatione & resolutione chyli impeditâ est.

29. Cruditas acida fixos salinos humores & μόλυνσιν, seu non evolutas chyli particulas: nidorosa præsertim pinguium & sulphureorum particularum sequitur.

30. Singultus non affectatus non fit nisi affecto ventriculo, (consentiente diaphragmate.)

31. Repletio & inanitio non nisi mediatè eundem producunt.

32. Singultus, ructus & vomitus fiunt i. vel à contentis, seu vitio ven-

triculi ipsius, vel aliunde. 2. vel à causâ positivâ, vel privativâ.

33. *Singultus* sequitur irritationem nervorum stomachi, & parietum superiorum intrinsecam, fitque vel à flatu acri & incarcerato frequentius, vel evacuatione nimiâ, vel alteratione à frigidis, vel compressione acutiori, vel consensu nervorum aliorum læsorum.

34. *Ructus* à flatu resoluto fit, sive aqueo, sive bilioso, ut in cholerâ siccâ.

35. *Vomitus* sequitur irritationem totius nervosæ substantiæ ventriculi, cum excretione manifestâ, seu à lubricatione, seu acrimoniâ stimulante vel erodente, domesticâ vel aliunde allatâ.

36. *Cholem* immodicam orificii utriusque irritationem ab acrimoniâ salino-sulphureâ, cum materiâ copiosâ.

37. *Lienteriæ* & *cœliacæ* præsupponunt apepsiam, & tonum ventricu-

ſi ſeu calorem ac menſtruum reſoluum, & corrugationem læſam.

38. *Cardialgia* irritationem orificii ſuperioris extrinſecam ab acrimoniâ biliosâ volatili ſequitur.

39. *Sanguificatio* vel efficientis vel materiæ ratione læditur, ſive ſeroſarum, ſive oleoſarum particularum fiat improportio.

40. *Palpitatio cordis* fit à grumeſcentiâ ſanguinis mitiori & ſubjugabili.

41. *Lipothymia* & *ſyncope* à grumeſcentiâ ſanguinis majori, magis vel minus violentâ.

42. Grumeſcentia ſanguinis fibrarum ex ordine dimotionem notat, ab humoribus potiſſimum acidis vel lixivioſis: illa enim coagulando & figendo: hæc rarefaciendo nimis tonum ſanguinis deſtruunt.

43. *Reſpiratio* læditur vel ob vias, vel expanſionem impeditam, tum pulmonum, tum diaphragmatis & muſculorum.

44. *Atrophia* fit vel ratione alli menti, vel partium alendarum, vie viarum deferentium culpâ.

45. *Cachexia* excessum seri, & partes oleosas balsamicas sanguinis depressas vel depauperatas notat.

46. *Scabies* impuritates salinas, acres, mordaces seri in extimâ vestis efflorescentes exhibet.

47. *Scorbutus, lues venerea & lepra* magnam inter se habent convenientiam, in singulis quippe serum est deturpatum & salibus vitiosis inquinatum.

48. Non omnis psora gravior statim pro leprâ habenda.

49. *Elephantiasis Arabum* est morbus particularis pedum, à sale acri corrosivo, scorbutico illuc à naturâ deposito.

50. *Elephantiasis Græcorum*, seu vera lepra Arabum est morbus universalis à sero summè salibus deturpato, sanguini penitus incocto, illumque tandem magis & magis resolvente.

51. Oss-

51. Ossium citius absumtâ humi-
litate, seu naturæ, seu alio errore,
uctio læditur.

PARTIS SECUNDÆ
SECTIO QUARTA.

INTRODUCTIO
LÆSIONUM MACHINÆ CORPOREÆ AD EXTRA.

OCuli fabricâ malè habente; ne-
cessum est, *visum* lædi, seu, quod
non immittantur, seu non recipian-
ur, seu falsô dijudicentur species vi-
ibiles.

2. Non *immittuntur* 1. ob læsam
præcipuè corneam, sive crassescat,
ive ulcere, nebulâ, vel aliter afficia-
ur, unde caligo, albugo, glauco-
na.

3. Non 2. licet per accidens, læso
notu, ut in paralysi, strabismo, con-
ulsionibus oculorum.

4. Non 3 sufficienter, si pupilla non possit satis dilatari; sed vel æqualem ferè habeat angustiam, unde *lusciositas*,

5. Vel inæqualem, unde *νυκταλωπία*, concurrentibus præcipuè reliquis, inprimis spirituum laxiori eminentiâ.

6. A luminoso enim constringitur, à tenebris dilatatur; hinc luscio-si nictitant quoque magis.

7. Non 4. humoribus gravius deturpatis, & concrescente parte humoris aquei, unde suffusio vera; vel ablatis.

8. Non *recipiuntur* vitio nervorum obstructorum, seu ex toto, unde *gutta serena*; seu ex parte.

9. Utroque modo ablata visio dicitur in genere *cæcitas*, seu sensim fiat, quod frequentius, seu desubitò.

10. Si nullum externum vitium & spiritus vel organon saltim sint debiliora, fit *visus imbecillitas*.

11. *Dijudicantur falsò* vel constanter

ter, proportione lentis vitiatâ, vel transeunter, humoribus, inprimis aqueo, inquinatis.

12. Sic & *auditus læditur*, si 1. non immittuntur debitè soni in meatus, cavitates, & ad tympanum ob obstructas vias.

13. Si 2. non percipiuntur, seu vitio tympani humidioris, laxioris, crassioris, seu naturâ, seu morbo:

14. Seu nervi otici, vel in exortu, vel in insertione, idque vel ab ortu, vel post ortum.

15. *Tinnitus* à vaporibus tympanum intus ferientibus seu ibi genitis, seu aliunde transmissis, seu positivè magis, seu privativè fit.

16. Motus igitur hic peregrinus aëris interni pro vario appulsu, modò tinnitum, si inæqualis; modò sibilum, si æqualis; modò sonitum, si cum humore, facit.

17. Sic & *olfactus læditur*, vel ob vias obstructas & indispositas, vel nervos, vel membranam narium intemperatam.

 18. Sic

18. Sic linguâ vel intemperatâ, vel nervis non vigoratâ, *gustus* vitia exoriuntur.

19. *Tactus* læsi vitia, si mens non laborat, vel aliò intenta est, læsis quocunque modo nervis contingunt.

20. Cum parti membranosæ sentienti objectum occurrit improportionatum, evadit dolorificum.

21. *Doloris* immediata causa tantùm una est, solutio continui, seu ab intemperie, seu à particulis salinis improportionatis, seu aliunde oriatur.

22. Hæc verò nihil aliud est, quàm partium membranosarum tensio & vellicatio:

23. Et dolorem infert, si sit adhuc in fieri, subitanea, confertim & cum impetu, cum intemperie inæquali.

24. *Dolor* ratione partium variat, à quibus & denominationem accipit, estq; vel acutus, vel obtusus;

acu-

cutus	mordax punctorius oſtocopus	vehemens.
obtuſus	ſtupidus gravativus tenſivus	remiſſus.

25. Halitus ſalſi & acres ſublimati & latè expanſi ad cutem & ſuperficialiter ſtimulantes pariunt *pruritum*.

26. Quando humores acidi & auſteri dentibus inimici porulis eorum ſe inſinuant, contactus & masticatio cum moleſtiâ fit, unde *αἰωδία*.

27. *Memoria* non depravatur; ſed tantum imminuitur vel aboletur.

28. Læſiones verò ejus vel conformationem vitiatam, vel ſpirituum diſpoſitionem ſequuntur.

29. Si pori cerebri nimis hient, nec à lymphâ blandâ vaporosâ ſufficienter irrigari & obſtrui poſſint,

ſeu

ſeu cerebri, ſeu vaporum culpâ, fiunt *vigilia*.

30. Sin iidem vel ſpirituum penuriâ & laſſitudine, ſeu effluviorum vaporoſorum copiâ, ſeu ſulphuree magis vel minus reſoluto nimis concidant, vel obſtruantur, fit *ſomnus p. n.*

31. Cum ſpiritus animales volatilitatem amittunt, ac quaſi coagulantur & fixantur in poris nervorum, adeoque partes non irradiant, abolitio ſenſus & motus conſequitur in *paralyſi*;

32. Seu ex toto id fiat, ſeu ex parte; ſeu in inſertione, ſeu in origine; ſeu prævio alio ſymptomate, apoplexiâ, colicâ, ſeu non.

33. Frigida verò, acida, mercurialia, nervis apprimè ſunt inimica.

34. *Laſſitudines* ſpontaneæ morbum & præeunt & ſequuntur; illud gravatis ſpiritibus, nec liberè in ambitu motis: hoc, debilitatis & depauperatis iisdem.

35. Motu

35. Motu & articulatione maxil-
e inferioris, vel organis concisioni
borum dicatis læsis, *masticatio* lædi-
ur.

36. Si via ciborum patula, vel sal-
â eâdem compressio ad inferiora,
el linguæ, vel musculorum, vel ner-
orum culpâ deficiat, læditur *deglu-
itio*.

37. *Tremor* in corpore sano est
rodromus paralyseos, in paralyti-
o sanitatis.

38. Si nervos, intactis poris cere-
ralis substantiæ, partim intimius
eu per totum irritet, partim coagu-
et humor vel vapor, peregrinus, a-
idus, austerusve, crassior fixiorque,
it *convulsio*.

39. Idque, pro corporis motu na-
urali, vel in anticam, vel posticam
artem, vel æquali positu.

40. Si magis irritet, quam coa-
gulet, fiunt *motus convulsivi*, seu cum
λόνω.

41. Factâ verò nervorum in ex-
tre-

tremis particulari, superficiariâ & transeunte irritatione, fit *spasmus flatulentus*, der Krampff.

42. *Ruminatio* vitiosam ventriculi conformationem præsupponit.

43. Quidquid bronchiis pulmonum, præsertim superioribus, vel inæquale vel asperum accidit, thoracem ad concussionem seu *tussim* movet.

44. Sin asperitas & corrugatio quasi æqualis asperæ arteriæ inhæreat, fit *mucedo*.

45. Omnis irritatio præsupponit vel magnam inæqualitatem, vel salinum principium, seu acre, seu acidum, seu salsum, membranis dissimile, & consequenter inimicum.

46. Quò magis sensibilis pars est membranea, eò facilius irritatur.

47. Hinc, quidquid acre, vel inæquale membranæ narium accidit, movet *sternutationem*.

48. Consequente simul pectoris concussione, & à collisione strepitu.

49. Quid

49. Quidquid vaporosum in spatiis musculorum maxillæ vel scapularum hæret, vel hærere videtur, *scitationem & pandiculationem* facile ciet.

50. Inæqualis illapsus sanguinis in panniculum carnosum, *horrorem, rigorem & frigus* facit, tum positivè, tum privativè.

51. *Sermonem & vocem* tum nervi resoluti, tum per accidens faucium, inprimis linguæ vitia varia lædunt.

52. Eccentricitas intellectûs omnis spirituum animalium & lymphæ læsionem constantem vel transeuntem præsupponit.

53. Sic obnubilati à potulentis, vel medicamentis, vel calore p. n. pariunt paraphrosynen:

54. Accensi & cum meningibus inflammati, cum febre, *phrenitidem*; consensu verò diaphragmatis *paraphrenitidem*;

55. Sine febre exæstuantes, exaltatis & sublimatis æqualiter particulis

culis oleosis, depressis verò temperantibus serosis sanguinis, *maniam.*

56. Exaltatis verò particulis acidis figentibus, & depressis volatilibus balsamicis, *melancholiam*:

57. Unde & furor deest, & tristitia sine causâ, vel, aucto malo, *μισανθρωπία*, vel demum delirium absurdum sequitur.

58. Inflammatâ extremâ faucium parte deglutitio liquidorum prohibita, seu *ὑδροφοβία* suboritur.

59. Irritatum enormius nervosum genus in artubus quandoque excitat insanum *saltandi desiderium.*

60. Communicatum cum sanguine sal volatile peregrinum animalis, pro variâ dispositione ejusdem, varia symptomata producit.

PAR.

PARTIS SECUNDÆ

SECTIO QUINTA.

INTRODUCTIO AD LÆSIONES MÁCHINÆ CORPOREÆ RELIQUAS VARIAS.

I.

Si ſpiritus non æqualiter influant; ſed rotentur quaſi & nutent, fit *vertigo.*

2. Sive ab extra confuſio ſpirituum fiat, ſive ab intrinſeco vitio, tum poſitivè, tum privativè.

3. Vertiginis ſedes primaria non eſt in oculis, ſeu œconomia viſus turbata.

4. Cœci etiam vertiginem pati queunt.

5. *Ambulatio in ſomno* rectorem machinæ corporeæ peregrinum, phantaſiam fortiorem, ſequitur.

6. Ut

6. Ut luna humorum est domina, ita præcipuè cerebrum disponit ad morbos.

7. Intentata oppressio pororum cerebri & spirituum in somno, quandò serum profundius illapsum non tàm commodè recipitur, parit *incubum*.

8. Affectus soporosi non differunt causâ; sed gradibus & symptomatibus.

9. *Carus* à repletione vaporosâ, *lethargus* à compressione pororum cerebri fortiori magis fit.

10. Si sanguinis & spirituum energia in ipso cerebri meditullio, vel corde coaguletur & figatur, fit quasi eclipsis microcosmi, seu *catalepsis*.

11. Si irritatio fiat membranosarum & nervosarum partium cerebri gravior, ab acri bilioso, vel acido magis volatili, fit *epilepsia*.

12. Sin minor sit, in membranis aliis quoque fiunt *motus convulsivi*:

13. Sive sensibus occurrant & evolu-

oluti ſint, ſive interni magis, & ma-
ís à poſteriori pateſiant.

14. Si violenter obſtruuntur po-
& principium ſpinalis medullæ,
eſubitò concidit machina, & fit *a-*
oplexia,

15. Sive ab intrinſeco principio
nbre quodam ſimul & ſemel irruat
ɛrum, vel ſanguis compreſſionis
utor fiat, ſive ab extrinſeco violen-
o.

16. Si mitius id fiat, contingit
Φωνία, (ſeu juxta quosdam *apo-*
pſia;) ſin gravius, ſuccedit paraly-
s: ſin graviſſimè, mors ſequitur.

17. *Impotentia* alia eſt naturalis, a-
a ſupranaturalis: illa fit, ſi vel to-
ius temperies abnuat, & ſpiritus
leficiant, vel partes genitales quo-
d nervos, muſculos, ſemen, &c.
nalè habeant.

18. *Magica* remediis naturalibus
urari poteſt.

19. Si in fœminâ vel totum ſit
acochymum, vel obeſum nimis cor-
pus

pus, vel uterus temperie & conformatione, inprimis obstructione ovarii, læsus, fit *sterilitas*.

20. Hinc menses testantur de statu sanitatis & uteri, & quibus non fluunt, seu ante, seu in coitu, sterilescunt.

21. Non tamen omnes, quibus menses fluunt, sunt fœcundæ.

22. Adeoque, si nec recipiens locus, neque materia, neque efficiens benè habeant, læditur *conceptio*, & hinc necesse est, vel paucos, vel nullos liberos generari.

23. Si loco fœtus natura exorbitans massam informem faciat, *mola* fit; sin ossibus instructam, vel corpus enormiter deformatum, dicitur *monstrum*.

24. Quò spirituosius, & salino charactere semen impræg natum magis, eò magis stimulat.

25. Si accumulentur particulæ sulphureæ acres biliosæ in sanguine, seu bilis excrementitia, tum proprio

tum

am inteſtini vitio, non eructetur
oco ſolito, diffuſio fit coloris flavi
n habitum corporis, ſeu *icterus*.

26. Color faciei teſtatur de ſtatu
anguinis:

27. Hinc ſubjugatis particulis o-
oſis balſamicis à menſium obſtru-
tione, fit cachexia virginea, ſeu
λώρωσις.

28. Linguæ color index eſt ſtatus
eri in glandulis, ſive deficiat & æ-
uet, ſeu viſcoſius ſit.

29. Si fauces occupet inflamma-
o fit *angina* cum rubore, dolore, ca-
ore, tumore, & deglutitione impe-
itâ,

30 Seu nullus ferè adſit tumor,
t in κυνάγχη, ſive interius, ſive ex-
erius magis vergat.

31. Si ſerum copioſius acriuſcu-
am, & ſanguis oleoſior incande-
at, facilè pars volatilior & ſubti-
or in caput, vel extrema ſublima-
ar, & fit *eryſipelas*.

32. Ungues quoque teſtantur de

qualitate ſanguinis, ejusque recurſu & deturpatione.

33. *Fœtor* totius tum ſordes ſtrigoſas externas tum ipſius ſanguinis per ſpiracula communia conſequitur.

34. Si in ore putridum *μίασμα*, ſeu ventriculo, ſeu pulmonibus contineatur, fit *fœtor oris*.

35. Quò major eſt humorum corruptio, eò tetrior vapor, inprimis ex alis vel inguine exhalat.

36. Si lympha ſit vitiata, vel in ventriculo regurgitent humores vitioſi, *ſapor vitioſus* in ore ſe exhibet.

37. Quæ ſubſtantiâ peccant excreta, dicuntur toto genere p.n.

38. Si partes terreæ, limoſæ, tartareæ, ſalinæ, per urinam excerni ſolitæ, non ſeparentur à maſſâ ſanguineâ; ſed adhuc fluitent fit *affectio hypochondriaca*, *arthritis*;

39 Sin in renibus vel veſicâ in coagulum abeant, fit *calculus*.

40. Him

40. Hinc nephritici & arthritici mnes ſunt hypochondriaci.

41. Hinc ſpiritus & ſuccus lapidicus non niſi in ſale quærenda.

42. Ut nec ex omni, ita nec ex ullâ putredine generantur vermes.

43. Viſcerum integras particulas, v. gr. pulmonum vel hepatis, eici per alvum vel os poſſe, non credibile eſt.

44. Prout ſe habet ſerum in ſanguine, vel glandulis & ductibus ſalivalibus, vel ventriculo, ita etiam *ucum*,

45. Sic hypochondriaci & mencholici ſunt ſputatores: ſic crebra livatio vomitum prænuntiat: ſic ictericis ſæpe flavet.

46. Si acrimoniâ ſalinâ ſtimulentur inteſtina, præterquam ferre poſnt, munus excernendi accelerant, fit *diarrhœa*,

47. Seu domeſtico ventriculi & teſtinorum vitio, ſeu aliunde; id-

que vel cum levamine, id est, criticè, vel cùm læsione, id est, symptomaticè; seu per se, seu per accidens.

48. Si cum erosione & rasione intestinorum, diarrhœa cruenta seu *dysenteria* fit.

49. Denegato excrementorum per solitas vias transitu, natura coacta inverso motu per superiora eadem ejicere cogitur.

50. Seu ab infarctu, seu inflammatione, seu obstructionibus aliis, ut in herniâ incarceratâ, id fiat.

51. Si ergò obstructio alvi contumax, dolorifica, & vomitus simplex urgeat, *passio iliaca*; si stercora ipsa vel quasi, *ileus* fit.

52. Si speciatim sensilis ani sphincter hoc modo irritetur, fit *tenesmus*.

53. Hinc, quod stranguria est in urinæ, id tenesmus in fecum excretione.

54. Si vel natura sit segnior, aliasve occupata, vel humores deficiant

vel viæ non ritè habeant, alvi fiunt constipationes.

55. Si serum sale resoluto abundet, & acescens quasi fundatur, & choresçat sanguis, pori renum laxantur, & fit *diabeces*,

56. Sive viæ ipsæ sint patentiores, & immutata ad sensum assumta secedant; sive majori longè quantitate urina profundatur.

57. Si receptaculis suis non colligi, vel collecta non emitti possit urina, fit *ischuria*,

58. Si viæ urinariæ, vesicæ vel urethræ parietes, salsedinem urinæ sentiant, vel hæc ipsa eosdem peregrino sale afficiat, & sensum molestum inducat, fit *stranguria* & *dysuria*.

59. Idque vel domestico vitio, vel renum, vel viciniæ.

60. Si obstructa sint vasa uteri, vel sanguinis ὀργασμὸς & fermentatio deficiat, *menses obstruuntur*, vel *imminuuntur*.

61. Qualis ſanguis, tales menſes, & vice versâ, hinc teſtantur de ſanitate fœminæ.

62. Quod ante partum ſunt menſes, id poſt illum *lochia*.

63. Si ſeroſior & acrior ſanguis, vel abundet, vel turgeſcat magis, vel obſtructiones etiam quandoque adſint, liberum motum impedientes, etiam extra ordinem & tempus menſes *nimis fluunt*.

64. Prout divulſio vaſorum major vel minor, & ipſe ſanguis ſe habet, ita & *lochia* vel magis vel minus fluunt.

65. Si vel intrinſeco vel extraneo ſtimulo referentur vel criſpentur vaſa inteſtini recti, fiunt *hæmorrhoides*.

66. Si ſemen per ætatem colligatur & abundet, facilè ab externis vel internis ὀργασμὸν acquirit, & per ſomnum excidit in *pollutione nocturnâ*.

67. Sin vel ob vitioſam qualitatem veſiculis contineri non poſſit,

el hæ debilitatæ, laxiores, vel irrita-
t sint, fit *gonorrhœa.*

68. Sin à coitu impuro vesiculæ
minales exulcerentur, fit *gonorrhœa*
irulenta.

69. Pollutionem nocturnam suc-
dere gonorrhœæ bonum est: hanc
li, malum.

70. Si *lac* non affluat, colligatur
alteretur in mammis, *deficit*, &
ontra.

71. Si præsens non exsugatur,
rumescit & coagulatur.

72. Abundantes in sanguine pas-
es serosæ, crudæ, & in coagulum
peuntes, *fluorem album* pariunt, seu
præcedat, seu comitetur, seu sequa-
ur menses.

PARTIS TERTIÆ

SECTIO PRIMA.

INTRODUCTIO ET APPLICATIO HACTENUS DICTORUM AD STATUM IPSIUS MACHINÆ HUMANÆ DIGNOSCENDUM IN GENERE.

1.

PRæsupposito statu machinæ humanæ in genere, medicus hunc in specie & cognoscendum & curandum suscipit.

2. Hinc ex notis plurimis occurrentibus, ceu signis, ignotum elicit.

3. Quæcunque enim in machinâ corporis invenit, illa vel innuunt, vel indicant.

4. Innuunt valetudinem tum antecedentia, tum præsentia, tum

con

onſequentia, an ſanus, an æger ſta-
us quis & qualis morbus.

5. Ea verò vel quiddiratem, τὸ
τι, & eſſentiam, ſeu ſtatum præſen-
em *edicunt*, vel poſitis prioribus fu-
urum *prædicunt*.

6. Hinc ſigna vel ſunt *diagnoſtica*,
el *prognoſtica*.

7. Fontes utrorumque iidem
unt niſi quod diagnoſtica magis in
è & abſolutè: prognoſtica relativè
d vires & tolerantiam judicant.

8. Hinc (1.) quæ ceu propria in
uarto modo morbo huic vel illi de-
rehendit ſunt & dicuntur *eſſentiali-
r inhærentia* & pathognomica.

9. Quæ (2.) à prioribus illis de-
endent, licet aliàs communia, di-
untur ex neceſſitate conſequentia,
eu *poſt eſſentialia*, ſymptomata alia:

10. Quæ (3.) ullo modo concur-
unt, diſponunt, prægreſſa ſunt, ju-
ant item vel nocent, tertium fon-
em, *cauſarum* ſcilicet, conſtitu-
unt.

11. Quæ (4.) *analogiam* seu similitudinem sive ad ægrum ipsum, sive ad alium important, reliqua confirmant.

12. Omnia hæc sensu constant, seu ægroti patientis, seu medici dijudicantis.

13. Hinc verò non solis sensibus acquiescendum; sed & rationem adhibere judicem oportet.

14. Hinc, quæ non signant singula, multa notant, collectivè sumta & conjuncta.

15. Hinc uni soli signo, præterquam essentiali, non fidendum.

16. Ut distinctio *temperamentorum*, ita & *dignotio* fundamentum habet in re.

17. Dignoscuntur verò vel quoad totum, seu universale, vel quoad partem, seu speciale.

18. Hinc dignoscuntur itidem vel ab affectionibus essentialibus cujuslibet, vel postessentialibus, vel causis, vel similitudine.

19. Essentiale sanguinei est calidum & humidum: cholerici, calidum & siccum: phlegmatici frigidum & humidum: melancholici frigidum & siccum, quatenus hoc ipso status sanguinis & seri notatur.

20. Consequentia postessentialia sunt tum interna, tum externa, color, contactus, ingenium, studia, inclinationes, mores, morbi, in singulis singula.

21. Causæ vicem obeunt, quæ vel intendunt sanguinem & serum, vel imminuunt & deprimunt.

22. Simile ad simile relatum facilè quoque dignoscitur, licet in suâ latitudine.

23. A dispositione ad habitum facilis est transitus, hinc singula temperamenta suis morbis sunt obnoxia.

24. Hinc excessiva qualitas cuiusvis temperanda est remediis & diætâ.

25. *Partium* temperamenta vel respectu ad alias, vel ad se ipsas variant.

26. Hinc *calidæ* sunt omnes sanguineæ, carnosæ, parenchymaticæ; *frigidæ* membranosæ, glandulosæ, exsangues.

27. Ut cor & sanguis temperata sunt ita & totum corpus.

28. Temperies cordis proximè ex pulsu, respiratione, affectibus, seu moribus & morbis cognoscitur: remotè colore, tactu pectoris, vasorum constitutione.

29. Cerebri temperies 1. ex sensuum internorum & externorum statu, 2. motu, 3. affectionibus horum, somno & vigiliis, 4. morbis dignoscitur.

30. Calor inter qualitates maximè activus: frigus ejus privationem notat: humiditas & siccitas modificant.

31. Speciale temperamentum partis

tis cujuslibet à totius limitatur, & vice versâ.

32. Ut testes dispositi, ita etiam variat generandi potestas & aptitudo ad conjuginm.

33. Hinc dignoscitur eorum temperies à seminis statu in quantitate & qualitate, consistentiâ, libidine, generatione marium vel fœmellarum barbâ.

34. Quicunque ante annos pubertatis eunuchi fiunt, barbam non accipiunt: qui post, retinent.

35. Ut uterus temperatus, ita & menses, concipiendi & retinendi vis, fœcunditas & valetudo variant.

36. Temperies uteri conjugio corrigi & mutari in aliam potest.

37. Pulmonis temperiem respiratio, vocis moderatio, pulsus & remotius sitis patefaciunt.

38. Gaudet moderatâ humiditate: facilius quoque fert humida, læditur magis siccis.

39. Ut bilis est balsamum sangui-

nis, ita & jecoris temperiem disponit.

40. Calidæ intemperiei, si ad summum devenerit, facilè frigida succedit.

41. In omnibus impuritatibus sanguinis, seu biliosis, seu serosis, respiciendum est hepar.

42. Id ipsum quoque obstructionibus quàm maximè est obnoxium.

43. Dextra dextris, sinistra sinistris magis consentiunt.

44. Lienis temperies ex seri statu, cujus est diribitor, & consequenter rarefactione vel fixatione sanguinis dignoscitur.

45. Non omnes dolores hypochondrii sinistri sunt lienis, nec nulli.

46. Lienem à morbis absolvere, ineptum est.

47. Ut calor & fermentum variat, ita & temperies ventriculi & consequenter concoctio.

48 An-

48. Antipraxis viſcerum ab experientiâ & praxi ſtabilitur.

49. Renum temperatura ab urinæ ſecretione proximius, adæquatè etiam per τὰ ἀνόητα cognoſcitur.

PARTIS TERTIÆ

SECTIO SECUNDA.

INTRODUCTIO AD URINÆ CONSIDERATIONEM IN THEORIA ET PRAXI.

1.

CUm ex ſanguinis undis proveniat, & culinis viſcerum, non minimus valetudinis interpres eſt urina.

2. Noſſe verò oportet, qualis nam, ceu regula Lesbia, ſit ſanorum, ut, quantum conveniat, vel abeat, ſciatur.

3. Elementa urinæ duo ſunt: liquor & contenta.

4. Li-

4. *Liquorem* constituit pars serosa, quam vel ex potulentis non admittit natura intimius, vel emittit superfluam.

5. Tam provida scilicet est in seri & sanguinis proportione conservandâ.

6. Illa assumtis debetur; hæc sanguinis sero, extra sphæram suam abeunti.

7. Differt hinc serum & urina tum substantiâ, tum qualitatibus.

8. *Contenta* absolvunt principaliter & explicitè partes salinæ; magis vel minus saturatæ.

9. Quò citius emittitur urina à pastu, eò minus salsa est; quò longius, eò salsior.

10. Serum est ὄχημα τῆς τροφῆς, id est, vehiculum alimenti ad massam sanguineam (salia verò solvuntur humidis,) hinc & vehiculum salium è massâ sanguineâ.

11. Sal in urinâ salsum est, ex volatili copioso & acido constans.

12. Na-

12. Natura enim utraque hæc se-
ludit, ne illud nimis rarefaciat, hoc
imis figat ſanguinem.

13. Ut verò ſal libenter amplecti-
ur, & ſecum occultat tum terreas
reas partes, tum ſulphur;

14. Ita ſecundariò & implicitè
æc quoque ceu contenta urinæ in-
unt, illæ copioſius; hoc parcius.

15. Urina igitur eſt heterogenea,
icet præter ſal & calor diverſa hæc
nagis uniat.

16. Variat eadem non ſolùm par-
ium harum eſſentialium; ſed & ac-
identium variorum hinc oriundâ
ulpâ in ſanis & ægris.

17. Urina non privatum eſt re-
um excrementum, ſed adæquatè
otius maſſæ ſanguineæ; proximius
n culinarum publicarum, proxi-
nè à renum poris ſecretum.

18. *Color* urinæ radicaliter à ſul-
phure, explicativè à ſalibus eſt.

19. Illud verò à bile quoque de-
ivari poteſt.

20. In

20. In urinâ ſpectanda principaliter duo, ſubſtantia ſeu conſiſtentia, & color; ſecundariò quantitas & odor.

21. Prout pars aquoſa ſalinis magis vel minus ſaturata eſt: ita etiam craſſa vel tenuis evadit.

22. *Craſſa* copiam excrementorum; tenuis eadem vel non ſeparari, vel non emitti innuit.

23. Urina *oleaginoſa* quoad ſubſtantiam rara eſt, & colliquationem notat malignam: viſcida, mucilaginoſa & ſine ſibilo exiens frequentior.

24. Pro ratione materiæ, efficientis & caloris, urina vel *parcior* vel *copioſior* ſecernitur.

25. Hinc quæ augent, ſtimulant, reſolvunt, copiam; quæ imminuunt, divertunt, impediunt, paucitatem urinæ afferunt.

26. Color urinæ caloris ſtatum in machinâ humanâ optimè patefacit.

27. Si ſulphur non elicitur, ſeu oris ſeu materiæ vitio, deficit etm in urinâ color.

28. Albedo contentis debetur, ylo, ſemini, pituitæ, ſabuloſis, &c.

29. Si particulæ ſulphureæ impuſaturatiores ſunt & explicatios, *crocea* fit, index icteri.

30. Vitia omnia urinæ à malâ diſpoſitione viſcerum, diſtinguenda unt ab errore externo.

31. Si partes ſulphureæ ſalinis imerſæ volatilioribus fortius agitenur, ut in febribus, ruffa fit, ſeu rutins urina.

32. Color urinæ intenſior vel moti particularum ſalino-ſulphureaum majori, ut in febribus, vel ſatutioni nimiæ earundem, in ſcorbu, hydrope, &c. adſcribendus.

33. Præſtat in febribus intenſis unam eſſe rubram, quàm aquoſam; hydrope aquoſam, quàm ruram.

34. Si partes ſulphureæ deturpen-

pentur, ſeu ab auſteris vel acidis, ſeu culpâ caloris, &c. niger, lividus, color fit.

35. In ſingulis urinæ accidentibus reſpiciendum eſt ad tolerantiam, viſcerum conſtitutionem, conjuncta ſymptomata, ætatem, & alias circumſtantias.

36. *Turbant* urinam contenta copioſa, ſeu ſtatim ita mingatur, ſeu talis fiat maneatque, vel mutetur.

37. *Clara* & perſpicua æſtimanda eſt colore, ſedimento, antecedentibus & conſequentibus.

38. Ut nullus odor ſulphuris & caloris defectum notat: ſic fœtor urinæ & ſuaveolentia vel à contentis, vel ab aſſumtis dependet.

39. Suaveolens à ſulphure ſubtili reſoluto & expanſo, vel maſſæ ſanguineæ vel reſinoſorum & oleoſorum oritur; fœtens à putrilagine.

40. Contenta urinæ naturali

unum ſunt, nomine tria; à regi-
nibus vaſis diſtincta.

41. Ut in aquis deſtillatis ſubſi-
ent particulæ plantæ ſubſtantificæ
quatæ; ita eſſentiale contentum
ſt *ſedimentum*, reliqua ſecundaria
uaſi ratione caloris variant.

42 Contenta cum liquore æter-
um habent fœdus, ſemper ergò ad-
unt, licet in aliis ſubtilius, in aliis
raſſius.

43. Recrementa terrea, ſeu ☺ ali-
nenti phlegmati conjunctum ſedi-
nentum conſtituit.

44. Optimum ergò ſedimentum
ſt medium quantitate, ſubſtantiâ,
ohærentiâ &c.

45. Nubecula partes ſulphureas
ubtiliores notat; in ſanis rarò vel
unquam apparet.

46. Contenta p. n. ſunt vel inani-
nata vel animata, pauca, vel copi-
oſa.

47. Sedimentum in ſanis nul-
um, morbum imminere, in mor-
bis cruditatem notat.

48. Ex

48. Ex hujus ergò præsentiâ & qualitate coctio tum humorum, tum ventriculi & consequenter morbi status æstimanda.

49. Pus, sanguis, squamæ, &c. cum urinâ mixta ex circumstantiis vel affectæ vesicæ, vel corporis judicanda.

50 Ut arthritis, calculus, affectus hypochondriacus, conspirant, ita etiam arenulas in urinâ singuli exhibent.

51. *Pondus* urinæ vel contenta, vel liquorem, *destillatio* sulphureas & salinas partes curatius metitur

52. Ut urina ad signa postessentialia spectat, ita ipsa aliter consulta fallax est

53 Patefacit morbos magis confusè, probabiliter, & cum aliis benè consideratis, magis statum morbi, quam quidditatem.

54. De graviditate ex urinâ non temerè pronuntiandum.

55. Præstat ex urinâ judicare inter-

rrogando, quàm decidendo; ad
ctum, quàm domi, notâ, quàm i-
notâ, &c.

56. Patefacit proximius ſtatum
anguinis & ſeri, & circa horum ela-
orationem & ſecretionem verſan-
um viſcerum, remotius reliquo-
um.

57. Color remiſſior ſubminiſtrat
uæſtionem de ſtatu coctionis & ſe-
: intenſior de febri vel ſcorbuto, &
triusque conſequentibus ſympto-
natibus, &c.

PARTIS TERTIÆ
SECTIO TERTIA

INTRODUCTIO
AD COGNOSCEN-
DUM STATUM FLAM-
MÆ VITALIS.

I.

QUut pulſum mille res varient,
tangenda tamen eſt vena.

2. Ut

2. Ut pulſus primum & perpetuum eſt mobile, ita de machinæ, caloris, vitæ, cordis, ac virium tenore teſtatur.

3. Uſus pulsûs eſt circulatio ſanguinis.

4. Aucto igitur motu & calore, ceu causâ, *uſus* dicitur *auctus*, & vice versâ imminutus.

5. Quæcunque calorem & motum intendunt, pulſum cient magis, & contra.

6. Ut ſe habet virtus vitalis, vaſa & ſanguis, ita etiam variant pulſus.

7. In infantibus pulſus vix attenditur.

8. Conſiderandus eſt æger tum ad ſe ipſum, tum ad alios, qualem exhibeat pulſum.

9. Differentiæ pulſuum, quarum uſus in praxi non eſt, negligendæ.

10. Quæ enim à motu & quiete deſumuntur, eſſentiales ſunt; quæ à reliquis, accidentariæ.

11. Qua

11 Quæ ex unicâ pulſatione in-
oteſcunt, abſolutæ, quæ ex pluri-
us, relativæ dicuntur.

12. Ut optimus eſt medius inter
xtremos, & ſibi conſtans, ita ad
unc reliqui, ceu ex proportione
hythmi muſici, judicandi.

13. Quicunque omnes dimenſio-
es ordinarias excedit, *magnus* di-
itur, qui easdem non aſſequitur,
arvus.

14. Non omnis magnus eſt ve-
emens, non omnis parvus langui-
us.

15. Magnus fit vel naturâ impe-
itâ, dolore, obſtructione, vel liberâ;
trobique ſemper bonus eſt, & con-
ra.

16. In ſanis temperamentum ca-
dum; in ægris intemperiem ſimi-
em, in utrisque vires conſtantes
otat, & contrà.

17. In ſenibus & gracilibus ſæpe
pparet magis magnus, quàm eſt.

18. Parvis pulſibus ferè omnibus conjuncta eſt frequentia.

19. *Celer* & *frequens* pulſus non ſunt confundendi: ille enim à motûs qualitate; hic tempore quietis magis dicitur.

20. Quidquid ſanguinem magis rarefacit, & ſulphur ejus intendit, pulſum celerem facit, & contrà.

21. Hinc celer pulſus continuatus febrium ſignum eſt pathognomicum.

22. Mutationes pulſuum in melius omnes bonæ, in deterius omnes malæ.

23. *Tardus* & magnus pulſus bonus, omnis intermittens etiam eſt tardus.

24. Celerem in deterius ruentem ſequitur *frequens*.

25. Ille motui quadrupedis citato, hic volucris comparari poteſt.

26. Uſus augetur vel ob caloris ma-

agnitudinem, unde magis celeres:
el ob exhauſtos ſpiritus vitales, un-
e magis frequentes pulſus fiunt.

27. Tardus & *rarus* differunt de-
litate & morâ; majori ſcilicet in
rdo, minori in raro, qui ſemper
t debilis.

28. Pulſus rarus, niſi conſtans ſit,
ledico ſuſpicionem movet.

29. Febres remittentes tardum
agis, quàm rarum pulſum exhi-
ent

30. *Vehemens* ſeu robuſtus pulſus
boris vitalis comes eſt, in ſanis &
gris.

31. Quo major & robuſtior pul-
s, eo venæſectionem magis vel
dicat, vel admittit.

32. *Debilis* ictus debilem faculta-
m notat.

33. Si ſanguis ſero copioſo in-
uctus, ſpiritusque vitales abun-
nt, vel obruantur quaſi, *plenus* fit
lſus.

34. Si deficiat ſerum & ſpiritus

non ſufficienter diſtendant, utbullæ inſtar ſtatim concidat, *vacuus* fit.

35. Gradus remiſſior pleni eſt *mollis*.

36. Pulſus *durus* tenſivus, membranoſi generis affecti index, & convulſionum præco.

37. Qui ordinem obſervat, ſibi ſimilis, conſtans, nec in horas ſponte mutatur, *æqualis* dicitur.

38. Æqualitas pulſus ex uno carpo menſurari debet, altero impeditu facilis.

39. In febribus *inæqualitas* pulsûs utplurimum malignitatem notat.

40. Inæqualitas verò ſecundum quid non valdè timenda eſt.

41. *Deficiens & reciprocus* in moribundis & ſyncopticis occurrunt; ille lethalitati proximus; hic ultimum naturæ conatum ſequitur.

42. *Intermittens* quaſi pauſam harmoniæ microcoſmicæ innuit.

43. Et tangendo & numerando di-

lignoſcitur, v gr. 1. 2. 3. 0. 1. 2. 3. 4. 0. 1. 2. 3. 4. 5. 0. &c.

44. Intermittens terret medicum, & fallit, niſi cordatus ſit.

45. Sive apparenter intermittat, ligaturis, habitu obeſo, &c. ſive everà, vel ſ. n. ab ἰδιοσυγκρασία, vel p. n. à grumeſcentiâ ſanguinis.

46 Hinc in pleuriticis, febribus malignis, ſcorbuticis, palpitatione cordis, ſenibus, &c. frequenter occurrit citra omne periculum.

47. Prognoſticum etiam ejus ex interpolatione & ictuum numero dici poteſt.

48. Cum unum ictum reſpectivè portiorem alter citatior ſequitur, ut duos quaſi æmuletur, h. m. - ⏑⏑ fit *aprizans.*

49. Variat in æqualitate pulſus ro variâ ſanguinis & ipſi confuſonum conſtitutione.

50. Si plenus vel mollis inæqualis magis ſit, & à copiâ ſeri modò

exsurgere, modò deprimi videatur
undosus fit

51. Si minori gradu & robore ii
fiat, spiritibus quasi exhaustis, *ver*
micularis exsurgit.

52. Undosum ergo in vermicu
larem mutari malum est.

53. Ut undosus cum molli, it
serratus cum duro convenit, ejusqu
modum, in præsagio quoque, di
cit.

54. Pulsus morientium non co
mnibus iidem occurrunt.

55. Ut inter duo extrema vitii
defectus pejor est excessu, ita & i
pulsu.

56. Urina bona, pulsus bonus, æ
ger moritur.

57. Pulsum sanorum similem ra
refactio vitiosa & maligna sangui
nis quandoque fingit.

58. Mechanicè pulsuum varieta
demonstrari potest variis motibus
v. gr. pedibus poëticis, numeris
pendulo, thermometro, sono.

59. Si

59. Sic ſpondeus magnum & tardum, trochæus magnum & celerem &c. ſignat.

60. Pendulo analogica proportio majoris & minoris ſpatii motusque concipi poteſt, & gradibus quaſi diſtingui.

61. Ut aëris motus facilis & delitatus eſt, & frigus eum concentrat, calor dilatat; ſic ratione caloris p. 1. indirectè etiam pulſum inde, per thermometrum ſcilicet, arbitrari liceat.

62. Pulſus inter ſigna muta eſt præcipuum, à recenſendis verò regulandum.

63. Medicus in carpo, ſuſpensâ manu, duobus vel tribus digitis, pulſum in alterutrâ manu tangat, non ſuperficiariè.

64. Non feſtinet tactum, non negligat, ſed repetat, modò lenius, modò fortius

65. Judicium verò juxta nor-

mam ſanorum & ipſius individui pulſum non præcipitet.

66. Æger tangendus non ſtatim poſt cibum, liber à motu animi & corporis, modò ſupino, modò prono carpi poſitu.

67. Index eſt virium pulſus, non tamen infallibilis, hinc ipſi ſolli nunquam fidendum.

68. Quò ſtatui ſanorum propior, eò melior, & contra.

69 Omnis mutatio in machinâ humanâ, in ſpecie pulsûs, à pejori ad bonum melior eſt.

70. Morbi chronici λύσι, acuti κρίσι terminantur.

PARTIS TERTIÆ
SECTIO QUARTA.

NTRODUCTIO
AD STATUM MACHINÆ HUMANÆ p.n. DIGNOSCENDUM.

1.

OMnis ſenſibilis mutatio machinæ humanæ in individuo, ſive n toto, ſive in certâ parte, morbum nſtare innuit,

2. Fientes morbi difficulter, facti acilè cognoſcuntur.

3. Omnes exceſſus in rebus non aturalibus trahunt poſt ſe vel morbum, vel diſpoſitionem morbifiam.

4. Laſſitudines morbum præunciant, ſive à plethorâ, ſeu cacohymiâ

5. Qui diſpoſitionem habent naivam, vel acquiſitam diætâ, faciliis hoc vel illo morbo corripiuntur.

6. Quò magis corpus sibi sit dissimile, & actiones à statu naturali declinant, eo morbis proclivius est.

7. Quæ morbum significant, minori gradu apparentia, eundem imminere, majori, præsentem notant.

8. Morbi quandoque simulantur vel ob utile, vel honestum, vel jucundum.

9. Id verò ex non constantibus signis, ceu testibus morborum, præcipuè patefit.

10. Scire læsionem & causam curare est, non agniti morbi nulla curatio.

11. Noscere ergò oportet & læsionem ipsam seu rem p.n quoad morbum, causam ac symptomata; & subjectum, quod & quomodo patiatur.

12. Morbus imminens, ut avertatur, præsens, ut curetur, cognoscendus.

13. Hu-

13 Humorum & vaporum vitia
um quoad essentiam, v. gr. an
lethora, an cacochymia, tum quo-
d affectiones inquirenda.

14. Sapore & tactu maximè pa-
escit acrimonia excretorum, sive
um sero, sive cum bile, sive cum a-
ore magis conjuncta.

15 Ut visu sive colore se prodit
anguis; ita quæ viridia vel flava,
iliosa; quæ atra, melancholica;
uæ viscosa, pituitosa dici consue-
erunt.

16. Remixtum sero acidum me-
ncholiam; acidum cum bile ac se-
remixtum atram bilem signifi-
at.

17 Motus humorum à posteriori
agis judicandus, ipsorum scili-
et dispositioni diversæ, viscositati,
redini, acori adscribendus

18. Causæ ipsæ externæ magis e-
dentes sunt, internæ verò aliunde
oscendæ.

19. Ut vero quæ generant humo-

res & vapores. eadem & significant
& effectus testantur de suâ causâ, sic
plethora & cacochymia flatusque
&c. vel à priori vel à posteriori dig-
gnoscenda.

20. Sic temperamentum calidum
humidum, habitus succiplenus, lau-
ta victus ratio, lassitudo &c. pletho-
ram signant.

21. Infantes plethorici periculo
expositi.

22. Plethoræ dignotio ad venæ se-
ctionem instituendam & morbos in-
de oriundos necessaria.

23. Sic cacochymiam biliosam
temperamentum calidum siccum,
habitus gracilis, victus calidus & sic-
cans, vomitus biliosus, ardor &c.

24. Sic prædominari serum in pi-
tuitosâ; cum acido remixtum, in
melancholicâ, ex eodem fonte no-
scitur.

25. Salsum, acidum, viscidum, ex
aspectu, sapore, consistentia &
aliis patescit.

26. Me-

26. Melancholici sunt sputatores & flatulenti.

27. Serum omnium humorum tincturas imbibit.

28. Quæ congerunt aquosos humores, seri abundantiam, quæ imminuunt, defectum, quæ inficiunt, qualitatem hujus patefaciunt.

29. Flatus magis sunt vagi, transitorii, tensivi; humores magis fixi, constantes, pungitivi.

30. Ubicunque flatus erumpunt vel audiuntur, ibi eosdem peccare certum est.

31. Flatus præsupponit mineram sive materiam ex quâ, & efficientem αἰτίαν ventriculi &c.

32. Humores ad affectus flatulentos magis effectivè, vapores magis affectivè concurrunt.

33. Τὸ διόπ, seu unde & qualis morbus sit, exploratione & quærendo eruitur.

34. Licet propinata venena vix

habeant certum & proprium signum pathognomicum;

35. Ut tamen morsus & haustus venenatorum in causâ, adeoque inquirenda sunt; ita subitanea, momentanea ac violenta alteratio corporis sani id arguit.

36. Tria medicum de morbo informant videre, quærere, tangere, & consequenter reminisci.

37. Quæsita potiora, juxta *Hippocratem*, sunt (1.) quid patiatur, (2.) ex qua causa. (3.) quot jam diebus. (4.) an alvus succedat. (5.) quo victu utatur.

38. Præter ideam & quidditatem morbi etiam gradus & qualitas sive mos inquirenda sunt.

39. Morbi alii magni sunt reverà, alii apparenter, & contrà.

40. Quò major à statu naturali machinæ corporeæ remota essentia morbi, eò major ipse habendus.

41. Quò dignior pars affecta, eò major & periculosior morbus.

42. Quò

42. Quò alienior & pravior morbi mos & genius, eò major ipse habendus.

43. Omnis mutatio gravior in macrocosmo etiam mutationem in microcosmo portendit.

44. Quò debilior natura, quò minus generosa remedia juvant, eò peior status, & contra.

45. Omnes morbi epidemii, enormiter contagiosi, cordi maximè inimici, & ubi omnia sunt inæqualia, nec vires respondent morbo, malignì sunt.

46. Nullo in morbo se magis turpiter dare solent Medici, quàm in malignis.

47. Ubicunque dolor, calor vel tumor, ibi morbus; item sudor 4. *Aphor. 38*

48. Cujuscunque visceris actiones læsæ sunt, illud ipsum læsum est, sive per se, sive per accidens & consensum; sive à facultate læsa, sive ab errore externo.

49. Do-

49. Dolor acutus membranas, gravativus parenchyma profundus; & acutissimus periostium affectum notat.

50. Dolor manu apposita ingravescens externam, sicontrà, internam partem affici notat.

51. Omnia excreta testantur de suis continentibus, seu receptaculis, sive sint solida, vel humida, vel vaporosa.

52. Omne per tussim excretum fertur è pulmone; screatu ex aspera arteria; vomitu ex ventriculo &c.

53. Pus excretum, ulcus; sanguis, apertionem vasis majorem vel minorem notat.

54. Quò copiosior excretio, eò læsio partis gravior, & à toto sæpe arcessenda.

55. Si mordicent excrementa, acredinem notant, partem rodentem.

56. Quæ prius ejiciuntur de proximiori loco magis testantur, & contra.

57. Ex-

57. Excreta cum juvamine & juto tempore juvant, & contra.

58 Aliæ partes ab aliis tum memeris, tum causis magis afficiuntur.

59. Symptomata per symptomaa cognoscuntur, primaria per seundaria.

60. Ut uni testi non credendum, ta & nunquam uni soli signo fidendum.

61. Prius læsa pars sive tempore, sive causâ, magis per essentiam laborat.

62. Quò diutius durat & vehementius urget morbus, eò magis per essentiam fit.

63. Nisi parti primarò affectæ applicetur remedium, non juvat.

PAR-

PARTIS TERTIÆ SECTIO QUINTA.

INTRODUCTIO DE OMNIBUS EX FABRICA HUMANA ERUENDIS.

1.

QVicquid agis, prudenter agas & respice finem.

2. Hinc prognosis juxta *Helmontium* non rejicienda.

3. Alia signa sunt prognostica & essentialia, alia his inservientia & subordinata.

4. Signa prognostica respiciunt vel eventum morbi, salutis & mortis dicta, vel tempus eventus, vel modum eventus.

5. Signa his inservientia sunt coctionis & cruditatis, critica & reliqua.

6. Omen seu prognosis instituenda

nda est ex collatione & proportio-
ne naturæ ac morbi.

7. Omnia quæ secundum natu-
ram fiunt & ejus robur notant, sunt
habenda in bonis, omne verò quod
à morbo & succumbente naturâ,
malum.

8. Hinc quò signa & symptoma-
ta statui naturali sunt propiora, eo
melius; quò remotiora, eò pejus
augurandum est.

9. Quò magis æger obsecunda
verit, & reliqua conspirant ad mor-
bum abigendum, eò melius omen;
& contra.

10. Coctio alia est vera & absolu-
tè naturalis, quæ πέψις, alia analo-
gica, & secundum quid talis, quæ
πεπασμὸς dicitur, & est hujus loci.

11. Hinc humores & excrementa
magis à statu naturali remota cru-
da, propiora cocta dicuntur.

12. Coctio non omnibus morbis
competit, sed inprimis (1.) febribus.

(2.)

(2.) tumoribus, (3.) defluxionibus catarrhalibus &c.

13. Excrementa testantur de cruditate & coctione humorum.

14. *Coctio* magis crassescentiâ, *cruditas* magis tenuitate percipitur.

15. Si cum tenuitate conjuncta sit copia & acrimonia, fit turgescentia humorum, quæ ὀργασμὸς dicitur.

16. Coctio & cruditas suos habent gradus.

17. Coctio ergò semper præsupponit cruditatem prægressam.

18. Coctionis signa semper habenda in bonis, cruditatis verò semper mala, idque tum respectivè, tum absolutè.

19. Signa coctionis & cruditatis modificant prognosin.

20. Quò magis acutus morbus, eò celerius finitur.

21. Omnis morbus intermittens longior est continuo.

22. Quò graviora ſymptomata con-
nguntur, eò citior terminatio.

23. Quò citius apparet coctio, eò
lerius morbus deſiturus eſt.

24. Omnis recidiva deterior eſt
uâ radice.

25. Non temerè nec timidè de
orbi eventu pronunciet Medicus.

26. Nec feſtinet nimis progno-
n, nec retardet, nec temerè pro-
noſtico relinquat ægrum.

27. Non curſim & obiter, neque
x ſola urinâ divinet.

28. Non promiſcuè vel ſalutem
el mortem prædicat, neque facile
x themate natalitio.

29. Prædicendum eſt curioſè vel
onum vel malum.

30. Bona ipſi ægro enunciare li-
t, mala potius adſtantibus.

31. Bona promtè, mala quaſi in-
tus, apertè tamen ſingula ac ma-
s limitatè, quàm abſolutè enun-
et.

32. In malignis nec optimis ſæpe
ſignis

ſignis fidendum, neque in excretis; & aliàs doloris abſentia ſemper bona.

33. Intemperies major, quàm ut ſanguinis compages conſiſtere poſſit, mala, & vice versâ.

34 Hinc febres intermittentes ex ſuâ naturâ periculo carent, ardentes omnes magis dubiæ, catarrhales rarò lethales.

35. Tuſſis cum febri conjuncta ſæpius bona.

36. Conformatio machinæ corporis inconveniens planè diu durare nequit.

37. Vulnera partium ad vitam ſimpliciter neceſſariarum magna, profunda, graviora, ſimpliciter & abſolutè ſunt lethalia, reliqua periculoſa.

38. Tale additum tali, gravis morbus gravi alteri, reddit illud magis tale, v. g. hydrops febri, dyſenteria variolis, phthiſi &c.

39. In morbis acutis in principio nulla

lla est certa prædictio nec salutis
c mortis.

40. Morbus naturæ, habitui, æta-
temperamento inconveniens,
iculosior, v.g. vigiliæ in infanti-
s, epilepsia in senibus, hæmopty-
in pueris &c.

41. Si generosa remedia alios læ-
is juvare visa nil efficiant, spes de-
lat.

42 Mens sana in sano & ægro
pore optima.

43. Delirium in se nullum tutum,
gis tamen cum ferociâ & silentio
ilum.

44. Omnia symptomata ultra æ-
atorem quasi & sphæram naturæ
nsgressa pessima.

45. Ἀπάθεια in morbis omnis
la.

46. Mores, gestus, verba sensus,
ò magis sibi dissimiles, eò pejor
tus.

47. Si dormit, bonum est, sopor
ò nimius lethi frater.

48. Ex insomniis quoque divinare licet Medico.

49. *Floccos* legere, oculos feroces habere & torvos, malum; *βαρύκοια* in febribus continuis bona.

50. Cum ægri carnium esui adsuescunt & minus has abhorrent, benè habent.

51. Dolores omnes graviores convulsivos spasmos æmulantur.

52. Convulsiones in fœminis tutiores.

53. Horror febres anteit & finit.

54. Ronchi in pleuritide, empyicis, hydropicis &c. lethiferi.

55. Exspiratio frigida lethalis.

56. Quò magis respectivè abundat serum in febribus ardentibus, eò melius; quò magis deficit, eò pejus.

57. Qualis appetitus, tales vires, voracitas verò omnis mala.

58. Deficiens ſitis in malignis peſ-
num, ut & incompeſcibilis.

59. Nigra dejectio, niſi à medica-
entis vel aliis, κάκωσιν viſcerum
otat.

60. Sudor *excretivus* bonus, *op-*
eſſivus malus, *reſolutivus* peſſimus;
r eſt hæmorrhagiæ ratio.

61. Menſes in febribus extraordi-
riè fluentes in gravidis abortum,
variolis & aliàs periculum no-
nt.

62. Sputum cruentum in mali-
nis & pleuriticis bonum.

63. Lac & menſes in gravidis pro-
uentes fœtum debilem notant.

64. Facies Hippocratica letha-
.

65. Scroti corrugatio in infanti-
is bona, præterquam in chro-
cis.

66. Tempus eventus regulatur
cundum ſalutis & mortis progno-
cum.

67. Variat inprimis ratione cau-
ſæ, ſubjecti affecti, & ſymptomaa
tum.

68. Morbi aut perfectè aut im-
perfectè ſolvuntur, idque vel novo
adſcito morbo, per ἐπιγένεσιν, vel
aliò translato per μετάπτωσιν. Illud
ſemper malum, hoc indifferens;
prout vel per ἀλλοχὴν, vel per με-
τάςασιν contingit.

PAR

PARTIS TERTIÆ SECTIO SEXTA.

NTRODUCTIO D JUDICANDUM DE SUBITANEIS MUTATIONIBUS MORBORUM.

1.

IT omnis ſubita mutatio periculoſa, ita & ſeorſim prædictionem medicam & judicium conſtituit.

2. Occurrunt verò in hâc tum ugna naturæ & morbi, tum ſeneſtratio ſive ſecretio, tum judicatio, tum finis.

3. Morbus actor, æger reus, tes coctio & cruditas, medicus ſpeator & judex.

4. Quibus ergò morbis velox deurſus, iis & propriè criſis compe-

5. Præcipuè in febribus ardenti-

bus, in reliquis analogicè locum habet.

6. Omnis crisis fit in statu.

7. Omnis crisis fit cum symptomatum exacerbatione.

8. Omnis crisis coctione indicatur, nulla sine hâc, & quidem constanti.

9. Natura duo facit in crisi, primò coquit simulque separat; secundò expellit. Hinc præcedit παρόξυνσις; succedit κρίσις.

10. Crisis & critica excretio potissimum dicitur ab effectu bono, quæ juvat vel levat; symptomatica à malo, quæ necat vel lædit.

11. Signa scilicet utriusque sunt ex parte communia, at effectus diversus.

12. Quò acutior morbus, eò citior crisis.

13. Quæcunque mutatio fit in corpore inprimis subitanea, fit à naturâ sive insurgente, sive coactâ.

14. Irritant eandem proximius humo-

umores ferosi & biliosi, qualitate, uantitate & motu peccantes, copio-, salini, vagi, turgescentes.

15. Remotius concurrunt astra, uatenus archeus cœlorum rhythnum explicat.

16. Dari influxum superiorum cororum in hæc inferiora negari neuit, quoad humores maximè & conequentes morbos.

17. Influunt verò præcipuè & eidentius planetæ, evidentissimè ☉ & ☽a.

18. ☽ & humorum domina & coestium influxuum quasi interpres st.

19. Ut in statu sano corpus notailiter afficiens, ita inprimis in æro;

20. Ut mutationibus maximè obnoxia, ita mutationes & quidem ubitas præ reliquis præstans.

21. Astra influunt in corpus huanum maximè tempore generaionis.

22. Hinc efficit quidem crisin lu
na tum diversâ vertigine & quadra
turis, tum disponendo hoc ipso hu
mores.

23. Uti enim ad solem collata qua
dris suis potissimum mutationes
magis subitas tempestatis facit, ita
& ad morbum in ægris aspectu
influxu.

24. Sic, facto à morbi initio com
puto, si ad primum quadratum
venit, sive gradus in zodiaco emen
sa est 90. fit primus dies criticus;
totidem alios sive 180. alterum, & si
porrò, efficit. Vid. Tab. III. de die
bus criticis.

25. Non ὁμόδρομος est ☽, sed pro
ut in apogæo vel perigæo, ita motu
diurno modò plures, modò pauc
ores gradus complet.

26. Hinc quando ad quadratu
ram hanc venit, diem criticum faci

TAB. III. DE DIEBUS CRITICIS, ad pag. 126.

♈	♉	♊	♋	♌	♍	♎	♏	♐	♑	♒	♓	0	1
△	□	*		☽		*	□	△		☍		11	26

3. D. C. 4. D. C. 1. D. C. 2. D. C.

ve ſeptimo, quod frequentius, vel
xti fine, vel octavo die contin-
at.

27. Non tamen ſola luna ſpectan-
a eſt, ſed & tum beneficorum, tum
aleficorum & aliorum vota.

28. Hinc ex figurâ cœli, ad horam
ativitatis erectâ, accidentia morbi-
ca inprimis æſtimanda.

29. Nec abſonum omninò eſt,
iema ad morbi initium erigere.

30. Non igitur vis numerica, quo-
is modo explicata, vel humor me-
ncholicus criſes conſtituit, ſed a-
tra.

31. Neque dies critici, ex mente
olemæi, diviſione zodiaci in ſede-
m partes factâ, verè explicari que-
nt, niſi ex hypotheſi.

32. Quartus eſt index ſeptimi, un-
ecimus decimi quarti.

33. Die non critico contingens crisis ferè intempestivum naturæ motum notat.

34. Sextus verò non absolutè tyrannus statuendus.

35. Crisis sæpe solùm ab eventu dicenda est, quæ scilicet fit cum levamine.

36. Post decimum quartum vel vigesimum primum diem crises vix attendi solent.

37. Crisis bona fit à naturâ bene habente ac robustâ; & signis circa lunam bonis.

38. Evidentior fit crisis, quando lunæ collatio ad morbum & ☉em coincidit.

39. Excretio critica est duplex, manifesta, & ἀδηλος, per transpirationem, quæ frequentior.

40. Nihil paucum criticum.

41. Tria concurrunt in crisi: πεψασμὸς *coctio* humorum, ἐρεθισμὸς *irritatio*, & ἔκκρισις *excretio*.

42. Priora duo futuram argu

unu

nt, coctio remotius, perturbatio & exacerbatio manifesta propinquius.

43. Natura modò excretionem per vias ordinarias, os, alvum, menses; modò ad cutim & glandulas molitur,

44. Sive fido, sive infido cum effectu, ratione ipsius roboris & humorum qualitatis.

45. In omnibus excretionibus prioribus videndum, an ab excretione, an à resolutione fiant.

46. Cavendum ergò, ne symptomatica pro criticâ, vel contra habeatur.

47. Spectator & moderator crisis debet esse medicus, ut copiosa quidem, aft non nimia fiat.

48. Crisin nox gravior vel in genere status gravior præcedit, unde id non æquè timendum.

49. Excretionem sanguinis per nares, menses, hæmorrhoides, signa horum communia patefaciunt.

50. Sudoris & urinæ, horum proportio & reliquorum intuitus; feculentorum per os & κάτω, alia.

51. Crises simultaneæ symbolicæ bonæ; inæquales malæ.

52. *Abscessus* alii sunt universales seu totius corporis, alii particulares; alii benigni respectivè, alii malii gni.

53. Universalium exempla sunt variolæ, morbilli, exanthemata alia particularium bubones, parotides & tubercula similia.

54. Judicantur hi decenti expulsione, morâ, more, loco & tolerantiâ.

55. Vel discutiuntur insensibiliter, vel suppurantur, vel indurantur priora bona, tertium malum.

56. Crises primi ordinis perfectæ apud nos paulò rariores.

57. Non religiosè expectandæ crises, neglecto interim, quod antecedes est.

58. Non negligendæ tamen penitus.

59. Na

59. Natura non turbanda in opere suo, hinc die critico nil temerè movendum.

60. Quæ judicata sunt perfectè, nullo modo movenda, *1. aph. 20.*

61. Ut in febribus acutis crises fiunt diebus, ita in intermittentibus periodis. Ut ☽ acutorum, ita ☉ chronicorum moderator.

PARTIS QUARTÆ SECTIO PRIMA.

INTRODUCTIO AD DIÆTAM INDIVIDUALEM.

I.

TUrpius ejicitur, quàm non admittitur morbus.

2. Hinc unusquisque suus debet esse medicus, & nosse corpus suum & tueri.

3. Res non naturales, in quibus methodus tuendæ sanitatis consistit,

sistit, & prodesse & obesse queum pro utentis captu.

4. Quæ *matri* prosunt gravidæ vel nocent, eadem & in *fœtum* redundant.

5. Ut spes uteri defendatur, cavendum in genere est, ne fiat abortus; in specie, ne menses fluant.

6. Suffitus omnes excessivi gravidis adversi, aliis tamen magis, aliis minus.

7. Cavenda gravidis, quæ vel corpus reddunt cacochymum, vel menses promovent.

8. Hinc vitanda nimis acria, amara, flatulenta, volatilia, sternutatoria.

9. In picâ leniter abstergentia interdum & emetica, & confortantia prosunt.

10. Nævi à causis externis oriuntur, vel cibo denegato vel terrore subitaneo.

11. Dulcia gravidis amica, alimentosa & medicamentosa.

12. Aromatica & ſpirituoſa fœtus & gravidarum refectiva.

13. Intempeſtivus motus abortum, mollities & otium difficiliorem fœtus vel ſecundinarum exitum cauſat.

14. Affectus nunquam noxiores quàm in gravidis.

15. Venus moderata gravidis non nocet.

16. Balnea ultimis menſibus emollientia partum facilitant.

17 Symptomata gravidarum alia primis, alia mediis & ultimis menſibus eveniunt.

18. Præter balſamica, præcipitantia motum humorum corrigunt, leniter etiam acidula grata ſunt.

19. In gravidis venam ſecare vel purgare nec timidè, nec temerè licet.

20. Conatus pariendi non intempeſtivè præcipitandi.

21. Tempus motûs perfecti du-

plicatum constituit tempus parturi tionis utplurimum.

22. A partu puerpera conciperre potest denuò absque præviis mem sibus.

23. Umbilici præcisio, deligatio & capitis conformatio à partu necessaria.

24. Suturæ principaliter factæ sunt ad facilitandum ex utero egressum.

25. Ad abstergendum meconium oleum amygdalorum recens cum saccharo penidio optimum.

26. Primum serosius lac *infantibus* non nocet.

27. Somnus alterum infantum alimentum.

28. Vigilias & inquietudinem utplurimum tormina faciunt, quibus ablatis somnus redit.

29. Infantes optimè ferunt purgantia, indeque dormiunt, ut & emetica correctiora.

30. Pulmenta alia naturali alimento

nento præferre & ſubſtituere cum *Helmontio* non conſultum eſt.

31. Optimum lac maternum, nec aliud tamen rejiciendum.

32. Excrementa viridia, lac corruptum.

33. Dulcia, vinum, acida infantibus nociva.

34. Terror epilepſiæ mater.

35. Tempus dentitionis duplex eſt, ὀδαξισμὸς ſeu *germinationis*, & ὀδοντοφυΐα *proruptionis*.

36. *Pueri* ſervandi ſunt in æquilibrio temperamenti calidi & humidi. Hinc & ſtricta & laxa nimis diæta nocet.

37. Dulcia in aliis verminesſcunt, in aliis bileſcunt, in aliis aceſcunt magis.

38. Pueris meridiari convenit.

39. Pueri & ſenes medicamentis cautè tractandi, nec nulla, nec ſemper dando.

40. Juventus fundamentum ſternit ſanitatis totius reliquæ vitæ.

41. Ni-

41. Nimis sibi fidere & licentiosè vivere, peccata juventutis sunt in sanitatem ordinaria.

42. Affectus hypochondriacus soboles lucubrationum & vitæ sedentariæ.

43. Aurora Musis amica; Plus verò ordine, quàm lucubrationibus discitur.

44. Medicè vivere, est pessimè vivere.

45. Hyeme calor major est intensivè, æstate extensivè.

46. Punctum saturationis in victu corporis sensus est, adeoque accertum demensum & præbium exactè definiri nequit.

47. Victus tenuis & exquisitus sanis nunquam prodest, optimus nec deficiens, nec excedens.

48. Ubi fames, ibi laborandum non est.

49. Bis de die edere, quàm semel præstat.

50. Potus nocturnus & matutinus noxius.

51. Plenus & ſanorum victus constat pane & carne, cereviſiâ & vino.

52. Conſuetudo altera natura eſt.

53. Varietas ciborum æqualis, conformis & ſubordinata, bona, contraria mala.

54. Noctu coctio ciborum fit melior, interdiu diſtributio.

55. Poſt cœnam paſſus mille meare peſſimum.

56. Bibere & refrigerari à motu fortiori noxium.

57. *Somnus* prono vel ſupino poſitu & capite declivi potiſſimum nocet.

58. Somnus meridianus medicina eſt calidioribus, ſiccioribus, debilibus, adſuetis, ſenibus, infantibus.

59. Balnea ventriculo vacuo in-

ſti-

ſtituenda, nec in iis prævaricam
dum.

60. Qui benè ingerit, digerit & e
gerit, ſanus eſt.

61. Pilulæ aloëticæ ante cœnam
magis proſunt in cruditatibus, obe
ſis, cereviſiam bibentibus; minus
proſunt gracilibus & hæmorrhoide
patientibus.

62. In *ſenibus* inprimis ratio ha
benda eſt tuendi caloris (tum in ge
nere totius, tum ventriculi) & hu
miditatis, hinc vinum lac ſenum.

63. Vigiliæ ſenibus moleſtæ, hu
mectantibus & ſpirituoſis lenibus
corrigendæ.

64. Pigrior alvus & ſtranguria
ſenilis accommodis quoque corri
genda medicamentis.

PARTIS QUARTÆ SECTIO SECUNDA.

INTRODUCTIO DE USU RERUM NON NATURALIUM LEGITIMO SPECIALI.

I.

Aër instar vestis frigus & calorem machinæ corporeæ dispensat, & ventilationem calidi innati unicè procurat.

2. Plus alterat totum corpus aër διαχύσει seu transpiratione, quàm ἐκπνοῇ seu inspiratione.

3. Ἀλεξιπυρία infinitorum morborum & febrium mater.

4. Hinc maturius se nudantes tempore verno, & variolis vix defuncti, aëri expositi, periculum vitæ sæpe subeunt, febricitantes verò malignè omnes moriuntur.

5. Aër

5. Aër vector est tum miasmatum, tum particularum salino-sulphurearum variarum.

6. Inæqualitas aëris tum ratione diei, tum partium anni, ac status austrinus morbificus.

7. Circa æquinoctia & solstitia ipsa consueti insultus paroxysmant magis.

8. Circa idem tempus ad præservationem specialem commodè dantur medicamenta.

9. Ignis aëris purgatorium.

10. Quò loca magis paludosa, eò magis scorbutum gignunt.

11. *Diæta* triplex est: naturalis (cibus & potus) vitalis, (aër) & animalis (reliqua ex sex rebus n. n.)

12. Cibi alentes magis ordinariè & majori quantitate, medicamentosi minus & parcius assumendi.

13. Cibi in se omnes boni, mali verò dicuntur tum respectu corporis nostri, tum ad se invicem.

14. Pa-

14. Panis ciborum basis, stomacho gratissimus & analepticus.

15. Panis optimus ex farinâ purâ, non adeò vetustâ, siccâ, fermentatus, rite coctus, ætate medius.

16. Hordeacei & reliqui panes crassiores & minus salubres.

17. Decoctum hordei alterat, refrigerat, sed ob flatulentiam correctione eget.

18. Omnia leguminosa, præsertim non excorticata, sunt flatulenta.

19. Lentium decoctum in variis & morbillis tutum & innoxium est.

20. Succus lactucæ haustus nocere potest, lethalis tamen & venenosus non æquè est.

21. Crambe bis cocta mors frustra dicitur.

22. Omnia oleracea laxant.

23. Omne olus imbecillissima est alimenti materia.

24. Quæ-

24. Quæcunque τὸ γλιχρὸν in se magis habent, magis firmum præbent alimentum, quæ minus, infirmum.

25. Lupulus gaudet sulphure naturæ amico & blando.

26. Sale volatili pollentia comesta in dispositis pollutionem nocturnam excitant.

27. Eadem sunt antiscorbutica.

28. Mitescunt verò acria volatilia tum coctione, tum acidis figentibus.

29. Petroselinum condimentum ciborum innoxium.

30. Omnes fructus horarii ad putredinem & fermentationem humorum excitandam aptissimi.

31. Inprimis verò succo excrementitio & in recessu acri copiosius pollentes.

32. Fungi sunt vel esculenti, vel venenati, vel medicinales, vel mixti.

33. Quæ cruda minus salubria, cocta magis talia.

34. Ad-

34. Adſtringentia & roborantia xiorem ventriculum per accidens xant utplurimum.

35. Omnia nimis humida, præ-rtim mucilaginoſa, ventriculo no-ent.

36. Ficus uſum habent τρόφιμον, υδρωνικὸν, ῥυπτικὸν, ἱδρωτικόν.

37. Paſſulæ exacinatæ magis la-ant, acini omnes magis adſtrin-unt.

38. Amygdala dulcia viribus ana-pticis & paregoricis ſe commen-lant.

39. Omnia oleoſa facilè rance-cunt.

40. Omnia olea expreſſa lubri-ant.

41. Omnia olea acredinem quan-lam in receſſu conjunctam habent, aucis exceptis, quæ minus id ob-inent.

42. Neque tamen dicenda ſunt cida.

43. Sac-

43. Saccharum eſt vel ſolidum, vel liquidum.

44. Solidum aliud eſt 1. pyramidale, 2. Thomæum, 3. mixtum, 4. cantum, 5. penidium.

45. Pyramidale refinatur cum calce vivâ, unde acredinem ſecum conjunctam habet.

46. Pro notis bonitatis & loco Canarienſe, Maderenſe, Melinum, finum, finiſſimum dictum.

47. Thomæum ſive farinaceum, album & rubrum, cibarium optimum; cantum pectorale; penidium analepticum.

48. Saccharata & dulcia cœnoſum ac lutulentum reddunt ſanguinem, unde facilè obſtructiones pariunt.

49. Dulcia facilè fermenteſcunt.

50. Palato magis grata, quàm ventriculo & cordi.

51. Saccharum & mel lactis ſepa-

ratio-

tionem & coagulationem impe-
unt.

52. Lac nutrit, humectat, lubricat, mollit & lenit.

53. Qualis ventriculus, talis lactis tuatio.

54. Oxygala biliosis, serum melancholicis, lac neutris convenit.

55. Sanis omnia sana.

56. Condimenta ciborum, caseus & butyrum, minori quantitate menda.

57. Caseus εὐπόρισον ferculum, entriculo gratum, ad plenum vi-um pertinet.

58. Illa ovorum coctura melior, ræ resolutioni & evaporationi in ylum commodior.

59. Mel, florum & herbarum balmicum magisterium, ferculum hyeiæ sacrum.

60. Pinguium nimius usus elehantiacos facit.

61. Quò robustior ventriculus & calor,

calor, eò carnes & alia dura mag
ferre consuevit.

62. Omnia sylvestria salubrio
ra.

63. Carnes firmum præbent nu
trimentum tum assæ, tum coctæ.

64. Quæcunque animalium par
tes ad carnium naturam propius ac
cedunt, meliores; quæ longius re
cedunt, minus salubres.

65. Gelatinæ hecticorum alimen
tum.

66. Caro cervina non est alexi
pharmaca, nec antifebrilis.

67. Lepus non est animal melan
cholicum, unde carnem habet salu
berrimam.

68. Nullum animal censum me
dicamentorum omnibus æquè par
tibus magis auget lepore.

69. Turdus & alauda nephriti
corum solatium.

70. Omnes pisces saxatiles, purio
ribus & arenosis aquis victitantes
salubriores.

71. Palu

71. Paluſtres & lacuſtres omnes
ejores, medii fluviatiles & marini.

72. Piſces omnes recentes r. elio-
s, ſaliti, infumati, exiccati pejo-
s.

73. Quò viſcoſiorem vel duriorem
abent carnem, eò minus ſalubres.

74. Tinca icteri magnes.

75. Teſtacea & cruſtacea dyſpe-
ta.

76. Quando magis ſucculenti &
ulpoſi ſunt cancri, tunc ſalubrio-
es, unde illud: ſi menſis habet R,
oli comedere cancer.

77. Lapides cancrorum rectè di-
untur oculi.

78 Natura ex alimentis magis
ibi ſeligit & applicat ſulphur, minus
al.

79. Aquæ aliis aliæ ſalubriores,
menſe Martio collecta non facilè
putreſcit.

80. Aqua nutriendi facultate pol-
et.

81. Vinum illud ſalubrius, quod

phureas & mercuriales activas partes benè cum aqueis habet commensuratas.

82. Quò subtilius vinum & spirituosius, eò etiam acorem habet penetrantiorem, unde optimi vini optimum acetum.

83. Vinum calorem sanguinis intendit, motum & rarefactionem promovet, hinc vitandum, ubi hæc sunt intensiora.

84. Variant cerevisiæ pro ingredientium, præparationis & ætatis ratione.

85. A lupulo magis sulphur, ab hordeo succum alimentosum dulcem, & spiritum coctione in se derivat aqua.

86. Somnus, occultum vitæ pabulum, sedat excretiones animales magis, reliquas minus.

87. Frigidis ira remedio est.

88. Balnea sero deficienti conveniunt, irruente & abundante nocent.

PAR-

PARTIS QUINTÆ SECTIO PRIMA.

NTRODUCTIO DRITE APPLICANDA CORPORI REMEDIA.

1.

JT intentionem curandi affert medicus; ita indicationes certas quoad modum & materiam applicandi è corpore eruit.

2. Quæcunque enim in corpore â machinâ occurrunt, aliquid monent medicum, vel agendum, vel omittendum.

3. Quæ monent, dicuntur indicantia; quæ agenda vel omittenda, indicationes; auxilium ipsum, aut quæ juvant, indicatum.

4. Ut circumstantiæ variant jus, ita & remedia; ut nihil sine legibus, ita nihil sine indicationibus.

5. Ut verò non sufficit monere in genere, hostem adesse hunc vel illum, sed & specialius sciendum, hoc vel illo loco modoque, ita & hoc loco se res habet.

6. Nocentis ergò & juvantis perfecta notio & comparatio sufficiem auxilium indicat.

7. Hinc QUID agendum, est indicatio; AN & cur agendum, indicans: QUO agendum, indicatum.

8. Adeoque medicus rationalis curat secundum circumstantias speciales: quis, quid, ubi, quibus auxiliis, cur, quomodo, quando.

9. In generalibus verò consistit monitis, vel cum specialibus concurrit experientia.

10. Sive absolutè consideretur, sive comparatè à simili statu ad similem, vel per inductionem argumentando.

11. Ut ergò ratio ac experientia conjunctim constituunt medendi me-

ethodum, ita ſine alterutrâ clau-
cat.

12. Methodus medendi alia eſt
mmunis & generalis, alia particu-
is & ſpecialis; alia ordinaria, alia
acta.

13. Hâc Medicus citò, tutò & ju-
ndè curat.

14. In genere monetur Medicus
circumſtantiis, quæ tollenda præ-
r naturam, vel ſervanda ſecun-
ùm naturam, & quomodo, ſcilicet
er contraria.

15. In methodo medendi general
& Galenici & Chimici re ipſa con-
eniunt, verbis differunt.

16. Ut à potiori fit denominatio,
a & curatio.

17. Optimum ſæpe remedium,
medicamento non uti.

18. Indicans eſt vel ſemioticum,
vel therapeuticum, illud morbi præ-
ſentiam, hoc ablationem patefacit.

19. Quicquid non agit, illud non
eſt indicans.

20. Quicquid corpus non afficit vel alterat, non indicat, inde ut minima non curat prætor, ita nec medicus.

21. Ignoti nulla indicatio, nulla curatio.

22. Unum indicat unum, quatenus unum, seu solitariè, seu collectivè consideratum.

23. Indicans aliud est primarium, aliud secundarium, aliud utile, aliud inutile.

24. Non omne, quod indicat, absolutè exequendum, sed quando id licet & sæpe limitatè.

25. Vires sunt tyranni indicationum.

26. Semper tutius est consistere in mediis dosibus.

27. Quod fieri potest per pauca, ut per plura fiat, non opus est.

28. Quod unâ vice præstari non potest, pluribus tentandum.

29. Inter indicans & indicatum debet esse proportio,

30. Non

30. Non ſemper quæ altas egêre dices, per medicamenta validiſſima aggredienda.

31. Principiis obſtandum, occaſio enè agendi nunquam omittenda, el differenda.

32. Omnis intemperies indicat lterantia.

33. Omnis alteratio debet fieri d ſtatum naturalem, vitatis extre-nis.

34. Præter qualitatem & quanti-as reſpicienda, hinc intemperies dæquatè etiam evacuationem in-licat.

35. Alterantia vel generalia ſunt, quæ calorem totius, vel ſpecifica, quæ partis magis reſpiciunt.

36. Dari ergò ſpecifica non ab-ſurdum eſt.

37. Specifica magis ſunt vegeta-bilia & animalia, univerſalia magis metalla & mineralia.

38. Quæ membra & affectus in-ter ſe vel communem uſum, vel co-

gnationem habent, affinibus gau-
dent remediis.

39. In cephalicis calidum & hu-
midum cerebri temperamentum
conservandum.

40. Non patitur lusum, fama, fi-
des, oculus.

41. In affectibus oculorum capu
semper respiciendum.

42. Frigida, vitriolata, acida, ad-
stringentia, nitrosa, vomitoria &
siccantia nimis pulmonem facilè læ-
dunt.

43. Quæ sanguinem in motu, con-
sistentiâ, temperie corrigunt, cordi
conveniunt.

44. Acida, aromatica, roboran-
tia ventriculo grata.

45. In affectibus hepatis, ventri-
culi & aliorum viscerum laxitas vi-
tanda.

46. Scorbuticorum symptomata
sæpe à volatilibus exacerbantur.

47. Dulcia spleneticis & hysteri-
cis adversa.

48. Acetum ὑστεραλγές.

49. Vo-

49. Vomitoria venenis magis onveniunt viſcoſis, frigidis, hetepgeneis, quàm corroſivis.

50. Pleraque venena manifeſtâ vi gunt, & ſuis gaudent antidotis.

51. Morbi conformationis indiant reductionem ad priorem ſive aturalem ſtatum.

52. Excedentia tubercula, abumpto per vincula & alia inſtruenta nutrimento, abſumuntur.

53 Morbi magnitudinis cedunt d remotionem cauſæ.

54. Figura vitiata ut oſſibus debeur, ita in humidioribus & recens failius reſtituitur.

55. In figurâ vitiatâ rectum eſt inlex ſui obliqui, tum in genere, tum n individuo.

56 Ferulæ fracturis maximè conteniunt.

57. In aperientibus ſemper ſimul onus viſcerum reſpiciendus & conervandus.

58. Martialia aperientium apex,

non tamen omnia omnibus æqu
conveniunt.

59. Sanguinem profluentem comp
pressio, adstrictio, cauterisatio, re
vulsio, sedant.

60. Adstringentia, in sanguinii
sputo vel vomitu, maritanda resol
ventibus.

61. Acida aperiendi & adstrin
gendi fine adhibentur.

62. Acida coagulant sanguinem
nimis rarefactum, resolvunt gru
mescentem.

63. Externi machinæ morbi non
semper externis solis corrigi & toll
possunt.

64. Omnes herniæ & prolapsus
repositionem constantem postu
lant.

65. In ossibus prolapsis & fractu
ris extensio. conformatio, deliga
tio & repositio convenit.

66. Uteri procidentia quoad va
gi

ginam frequentior eſt, quàm fundum; & hæc tamen occurrit & datur.

67. In genere luxatis nervina, exſiccantia & adſtringentia proſunt.

68. Atretæ ſolâ ſectione maturâ liberantur.

69. Tumores fungoſi, cancriformes, non aperiendi.

70. Omne extraneum vulnerum ulcerumque conſolidationem impedit.

71. Suturæ, ſi ullo modo fieri poteſt, vitandæ, ex duobus tamen malis minus eligendum.

72. Ulcera & vulnera exſiccatione & terſione gaudent.

73. Ichor vulnerum ſeroſus partis temperamentum debilitatum ſequitur.

74. Curis magneticis ſolis non fidendum.

75. Vulnera & ulcera ab aëre defendenda.

76. Vulnera capitis inprimis circa suturas non sunt negligenda.

PARTIS QUINTÆ SECTIO SECUNDA.

INTRODUCTIO AD PRÆSIDIA UNIVERSALIA ET PARTICULARIA.

1.

PLethora indicat venæsectionem.

2. Venæsectio principaliter quantitati sanguinis, adæquatè qualitati & motui debetur.

3. Venæsectio nec inventum diaboli est, nec è foro medico eliminanda.

4. Venæsectione sanguinis constitutio patefit.

5. Venæsectio sanguinem nimis rarefactum & ebullientem temperat.

6. Re-

6. Revulſio influxum & efflu-
xum ſanguinis vitioſum in ordi-
nem revocat, tum præſervando,
tum curando.

7. In revulſione ſemper reſpectus
eſt habendus ad cor.

8. *Revulſio* fit ad remotiora, κατ'
ἐυθὺ ad directum, ſeu in linea rectâ
in omnes dimenſiones.

9. Maturè & copiosè inſtituen-
da.

10. *Derivatio* vel poſt revulſionem
evacuat, vel ſibi relicta aliò invitat.

11. Venæ ſectio ventilat ſangui-
nem, & incoctionem ejus cum ſero
prohibet.

12. Qui facilè animo linquuntur,
venæſectio non jejunis, & decum-
bentibus præſtat.

13. Venæſectio infantibus ordi-
nariè non convenit.

14. Senectus non tam annis
menſuranda, quàm viribus & ali-
is.

15. Pulſus magnus & vehemens
venæ-

venæ sectionem admittit, minus, frequens & rarus.

16. Graciles plus habent sanguinis obesis, carnosi verò optimè venæ sectionem ferunt.

17. Borealibus regionibus parcior venæ sectio, meridionalibus largior convenit.

18. Vinum bibentes venæ sectionem facilius ferunt.

19. In plethoricis venæ sectio abortus præservativum.

20. Quicunque morbi sanguinis evacuationem ordinariam intermissam pro causa, saltim sine quâ non, habent, venæ sectione egent.

21. Quicunque cum eruditatibus ventriculi, diarrhœâ & cacochymiâ majori conjuncti, contraindicant.

22. Quoad *tempus electionis*, vena secatur vere, autumno & mane, quoad *necessitatis*, quovis alio.

23. In morbis qui certam habent remis-

emissionem vel intermissionem, sub
ãdem vena secanda.

24. Delectus venarum non o-
nninò negligendus.

25. Delectus hic debetur magis
notui peccanti & evacuationi par-
iculari.

26. Non promiscuè quævis venæ
ncidi consueverunt, sed præcipuè
el in capite, vel in artubus.

27. Ad dextram in dextrâ est ca-
itis, regina sinistram.

28. Non absolutè verum est: ver,
estas dextras, autumnus hyemsque
inistras.

29. Ligatura venæ secandæ ver-
us cor facienda.

30. Vena & lancettâ & scalpello
commodè finditur.

31. Somno à venæ sectione non
romiscuè interdicendum.

32. Sanguis emittendus ad tole-
antiam virium, & repletionis men-
uram, ne quid tamen nimis.

33. Sanguis emissus considerari
pot-

potest quoad colorem, consistentiam & contenta.

34. Prima venæsectio à morte nos liberat.

35. Vicariæ venæsectionis sunt cucurbitulæ & hirudines.

36. *Vomitoria*, ubi materia morbifica quasi vecte expellenda, optime opem ferunt.

37. Non tamen æque omnibus partibus vel morbis conveniunt, unde cautione egent.

38. *Lenientia* purgantium sunt succedanea & cum cibo dari possunt.

39. Ad *purgationem* requiritur (1.) movens (2.) mobile (3.) viæ liberæ seu dispositio naturæ, humorum, & viarum.

40. *Præparantia* nil aliud sunt, quàm alterantia humorum qualitatibus debita.

41. Digestiva universalia chimicorum sunt polychresta, cremo-

ri, ♀rus ☉latus, & mixtura simplex.

42. Robusto ventriculo præditi & acciores non facilè moventur purgantibus, & contrà.

43. Seri in corpore præsentia & quantitas dispensat purgantium efficaciam.

44. Purgantia infantum anodyna.

45. Omnia purgantia calida.

46. Purgantia omnia quidem purgant, alium tamen humorem magis, alium minus, primariò, secundariò.

47. In intermittentibus diuturnis quandoque ante paroxysmum dari potest purgans, coctione præsente.

48. Quò major est humorum copia, eò major dosis requiritur, & contrà.

49. Facilè mobiles, salini, rarioris texturæ, parciori egent.

50. Assumto purgante imperandus

dus lenis motus, jejunium & aëri frigidi vitatio.

51. Pigrities purgantium stimulanda; hypercatharsis maturè sistenda, aromaticis, theriacalibus, copiatis.

52. Purgantia & vomitoria magis primæ corporis regioni, sudorifera & diuretica magis secundæ & tertiæ conveniunt.

53. Si serum quantitate, qualitate vel motu peccet, indicat sudorifera & diuretica.

54. Illa, si in glandulis vel spatiis cutaneis subsistat, sanguis ventilandus, pori aperiendi, & discutiendum.

55. Hæc, si minus halituosa & dissipabilis, incidenda, resolvenda & per renes evacuanda.

56. Si serum in emunctoriis capitis restagnet, præmissis universalibus particulares evacuationes locum habent.

57. Si alibi sanguinis & seri fia

σις, repellentia frigida, resolventia lida, & suppurantia temperata nveniunt.

58. Repellere licet magis in initio, uxionibus sanguinis, & ubi id tutò t, &, quod de reliquis quoque va- t, cum naturæ ductu.

PARTIS QUINTÆ SECTIO TERTIA.

NTRODUCTIO AD ANALEPSIN SEU EFECTIONEM ÆGROTORUM, TUM CONSERVANDO, TUM LIBERANDO.

I.

VIrium resolutio indicat restaurationem & liberationem.

2. Ut spiritus se habent, ita & vires.

3. Cordis, cerebri, ventriculi status inprimis vires dispensat.

4. In

4. In censu analepticorum non sola sunt volatilia, ambrata, moschata, sed & temperata.

5. Non expectandum est ab officinâ, quod peti potest à culinâ.

6. Non sola confortantia neglectâ causâ sunt præscribenda, nisi urgeant vires.

7. Non æquè obsecundandum in his ægrotis, neque tamen nihil indulgendum.

8. Mater perlarum omnia ea præstare potest, quæ perlæ ipsæ.

9. Moschata in fœminis locum non habent, nisi dentur cum castoreo, nec in aliis promiscuè conveniunt.

10. Ad resolutionem spirituum impediendam commodè quoque sed refractè adduntur aliis opiata.

11. Non sola spirituosa, sed sæpè acida externè magis vires reficiunt.

12. Substantialiter reficit spirituum diæta.

13. Diæta crassa nutrit, mediocris conservat, tenuis subtrahit.

14. in chronicis morbis nil frugrà demendum est volenti ventriculo.

15. In acutis carnes abominantur, panem vix admittunt, vinum verò, licet appetatur, facilè nocet.

16. In diætâ præscribendâ naturæ ductus & ventriculi stimulus sequendus, vitatis extremis.

17. Corpora impura quò magis nutriveris, eò magis læseris.

18. Qui facilè linquuntur animo, non diu maneant jejuni.

19. Aëris afflatus à lipothymia liberat, in malignis verò nocet.

20. Vigiliæ, deliriorum mater, maximè debilitant.

21. Paregorica dolorum causam magis externè, anodyna dolorem ipsum & causam magis internè, narcotica partem dolentem respiciunt.

22. Nar-

22. Narcotica interna non differ runt ab anodynis, nisi gradu.

23. Causam dolorum tollunt dii vertentia, evocantia, diluentia, in vertentia, & figentia.

24. Partem dolentem solantur mitigantia, vel intemperiem vel tensionem, obtundentia, nervina destruentia.

25. *Vigilia* vel vitio cerebri vel vaporum fiunt.

26. Cerebrum demulcent tum divertentia suaviter, tum refrigerantia & temperantia, tum ligantia.

27. Vapores restituunt humectantia, vaporosa suavia interna & externa, & ligantia.

28. Pediluvia somnifera communia in vigiliis malignarum absint.

29. Nec humectantia sine vaporosis, nec vaporosa sine humectantibus somnum æquè conciliant.

30. *Sitis* vel ab æstu pulmonum & totius febrili, vel acrimoniâ salsâ ventriculi fermenti provenit.

31 Hæc

31. Hæc ſedatur potu, illa minus.

32. Utriq; ſatisfaciunt humida a-
ualia & potentialia, nitroſa, acida;

33. Ita tamen, ne lædatur ventri-
lus, vel noxa in corpus redun-
et.

34. Neutra conveniunt, ubi flu-
us alvi urget.

35. In hydrope minus aquea, ma-
s acida & nitroſa conveniunt.

36. Non omnis potus denegan-
us, nec omnis concedendus.

37. Non ſemper in fluxibus alvi
æmittenda evacuationem leniter
vantia.

38. Opiata omnium fluxionum,
giliarum & dolorum remedia.

39. *Vomitum* ſiſtunt vel propria
omachica, aromatica, acida, terrea,
l communia opiata.

40. Acida non fida ſunt adſtri-
oria, cauſæ tamen in vomitu ſæpe
bita.

41. *Hæmorrhagiæ* à nimiâ ſangui-
s rarefactione, & tono laxato, re-

vellentibus, refrigerantibus & adſtringentibus tolluntur;

42. A viſcerum ingenti obſtructione aperientibus.

43. In lipothymiis vel rarefactico ſanguinis promovenda ſpirituoſiis & abſorbentibus, vel prohibenda nimia per hæc, & acida &c.

44. In affectibus fœminarum ſemper ad uterum reſpiciendum.

45 In lipothymiis præſtat parum & frequenter propinare medicamenta.

PARTIS QUINTÆ SECTIO QUARTA.

INTRODUCTIO AD CHIRURGIAM MEDICAM.

I.

CHirurgia pars medicinæ antiquiſſima & nobiliſſima, licet ad tonſores ferè detruſa.

2. Ars eſt, quæ ἐνχειρήσει artificio ſeu manus peritâ adminiſtratione orpori medetur.

3. Nullibi magis deſideratur ex-erientia, quàm in chirurgo

4. Curat chirurgia principaliter tia conformationis & unitatis, iniſterialiter intemperiem.

5. Subjectum chirurgiæ ſunt rtes molles & duræ, ac affectus æcipuè externi.

6. Chirurgia & anatomia ſunt rores, quas utrasque ſimul ama- convenit.

7. Mutuatur ſibi ex pharmaciâ diætâ neceſſaria.

8. Inſtrumenta chirurgica ſunt l communia, ac polychreſta, vel opria & determinata.

9. Communia faciunt vel 1. ad ſe-ionem & inciſionem, vel 2. ad u-ndum, vel 3. ad extrahendum, vel ad infundendum, vel 5. ad explo-ndum, vel 6. ad ſuendum, vel 7. ad ligandum.

10. Propria cuivis parti ſunt accommodata, tum ratione affectuum, tum deligationis.

11. Trepanum eſt vel mas vel fœmina, vel Italicum vel Gallicum, ἀβάπτιστον, in ſuturis non adhibendum.

12. Inſtrumenta ſuperflua & ad pompam ſaltim facientia, exeſſe queunt.

13. Operationes chirurgicæ conſtant (1.) apparatu, majori vel minori, (2.) operatione ipsâ, (3.) deligatione & obſervatione.

14. Principales hæ vel *uniunt* & *conformant*, vel *dividunt* & *extrahunt*.

15. Speciales ad quatuor referri queunt.

16. Σύνθεσις generalis abſolvitur δεσμόδεσι, *deligatione*, & ἀποθέσι, *collocatione*.

17. Faſciatio complicat, comprimit & continet, dirigit, expellit, humores & ſanguinem reſpicit, advocandum, educendum, revellendum.

18. Sple-

18. Splenia replent, firmant, continent, comprimunt.

19. Ferulæ, ossibus propriæ, lineæ, vel corticosæ, imò & æneæ quandoque, membrum non lædant, nec transpirationem prohibeant.

20. Synthesis fiat ad statum naturalem & cum εὐφορίᾳ.

21. Synthesis specialis ossium fractorum absolvitur συνθεσμῷ, seu unione & continuitate restituendâ; luxatorum ἀρθρεμβόλῳ, seu reductione ossis in suum acetabulum, & contiguitatem.

22. Ad hæc verò opus est (1.) extensione maturâ, (2.) conformatione, (3.) deligatione, (4.) repositione.

23. Hoc enim nisi fiat, & circulatio sanguinis impeditur, & membrorum periculum subit corruptionis vel atrophiæ &c.

24. Ossa ferruminantur mediante callo.

25. Ἀρθρέμβολος fit vel solâ manu,

qui palæſtrites; vel faſciis & inſtru mentis, qui methodicus; vel machii nis, qui organicus ſeu mechanicu audit.

26. Quicquid ſcilicet in machim corporis excidit, divellitur, & eam dem vitiat deturpatque, quovii modo reſtituendum.

27. Sutura duplex eſt, alia contii nua, alia interrupta, interdum & convoluta; humida & ſicca.

28. Siriaſis refrigerantibus & diſſ cutientibus curatur.

29. In contractis & ad ligamenta & articulationem reſpiciendum.

30. Plurima vitia oſſium contim gunt injuriâ externâ, & errore nu tricum, chirurgorum, ægrorum.

31. Gibbus curari poteſt reductii one oſſis prominentis in ſuum lo cum, antequam occalluerit.

32. Arteriæ rarius ſecantur, & tantum minores, ob metum anev rismatis & nimiæ hæmorrhagiæ.

33 Vulneri arteriarum ſatisfacii compreſſio, glutinatio & pro r

nat

hatâ revulſio, diſciſſio, vel cauteri-
ſatio.

34. Non quivis tumor ferro ten-
andus.

35. Ganglion ſimplex ſolis com-
primentibus & reſolventibus cura-
tur.

36. Parietibus ulcerum calleſcen-
tibus, fiunt fiſtulæ.

37. Frenum linguæ cautè ſecan-
dum, neque enim loquela promi-
ſcuè inde reſtituitur.

38. Scarificatio eſt vel humida, vel
ſicca, illa eſt vel cum cucurbitula,
ſiſtratior, vel ſine iis, cæſura levi vel
graviori, minus uſitata.

39. Sicca revellit diſcutit, ſangui-
nem & flatus ſiſtit.

40. Varix venarum, aneurisma
arteriarum dilatatio ſectione rarò
curatur.

41. A paracenteſi abdominis pau-
ci evaſere hydropici, habet tamen
quandoque locum.

42. Non omnis aqua vel pus ſi-
mul & ſemel profundenda.

43. Depositio cataractæ non nisi in suffusione confirmatâ locum habet.

44. Laryngotomia rara & periculosa operatio.

45. Setaceum fluxionum capitis graviorum remedium.

46. Hirudines parum quidem ev vacuant, non parum tamen juvant.

47. Partes sphacelatæ serrâ vel ferro acuto abscinduntur.

48. Fonticuli vel corrosivis, vel solâ incisione in interstitio musculorum hodiè ferè fiunt.

49. Fonticuli nobilissimum habent usum, contra *Martianum*, *Helmontium*, *Primirosium*.

50. Fonticulorum coalitus non omnis noxius vel lethalis, contra *Cratonem epist. 174.*

51. Extranea, quæ tutò non possunt extrahi, relinquenda, vel in aliium locum detrudenda.

52. Sectio cæsarea possibilis an

difficilis, & terroris plena est operatio.

53. Extractio fœtus mortui vel manu fit, vel forcipe & uncis, non nisi acutis, viribus constantibus.

54. Catheter non in omni ischuriâ convenit.

55. Calculus renalis exscindi nequit.

56. Cauterisatio dentes cariosos firmat & dolorem abigit.

57. Excrescentiæ intestini recti cautissimè secandæ.

58. Chirurgia curtorum facilius præscribitur, quàm perficitur.

59. Chirurgus misericors, ulcus sordidum.

PARTIS QUINTÆ SECTIO QUINTA.

INTRODUCTIO DE SIMPLICIUM MEDICAMENTORUM FACULTATIBUS IN GENERE.

1.

A *Limenta* nutriunt & assimilantur; *medicamenta* alterant, & superantur; *venena* corrumpunt & superant.

2. Alimenta corpori similia; medicamenta diversa; venena adversa.

3. Omnium medicamentorum vires, qualitates & effectus mensuranda sunt ex caloris nativi actuatione

4. Alia sunt actualia, alia potentialia.

5. Aliud simplex vel compositum,

tum, crudum vel præparatum, internum vel externum.

6. Medicus ergò de actione & cognitione debet esse sollicitus.

7. Principia agendi sunt qualitates.

8. Doctrina de qualitatibus & consequenti temperie non est vilipendenda.

9. Dicitur calidum, frigidum, humidum, siccum solo intuitu respectus & effectus quoad calidum innatum nostrum.

10 Qualitates primæ dicendæ respectu corporis, & sunt reliquarum internunciæ.

11. Qualitates primæ non sunt considerandæ abstractivè, citra notionem mixturæ.

12. Qualitates debent considerari ut indices & effectus.

13. Indices in primis qualitatibus sunt humiditas, frigiditas, calidias, siccitas: Effectus alteratio, ca-

lefacere, refrigerare, humectare, siccare.

14. In secundis indices sunt raritas, densitas, tenuitas, mollities, &c. effectus: emollitio, incisio, incrassatio, rarefactio &c.

15. In tertiis indices sunt color, odor, sapor; effectus, resolvere, urinam provocare, carnem generare &c.

16. Occultæ non dantur, nisi respectivè, à posteriori & modo substantiæ & κράσεϊ totius, adeoque alterant ultra sphæram primarum.

17. Principia cognoscendi universalia sunt duo, ratio & experientia, alterum ex altero regulandum.

18. Particularia extrinseca remotiora sunt color, signatura, odor & textura.

19. Hæc verò magis probabiliter & conjunctim cum reliquis, quàm certò & solùm vires patefaciunt.

20. Odorifera quà talia calida

ſunt, quò intenſior odor, eò intenſius, & contrà.

21. Odor ſuperficietenus inhærens mixtum temperatum, centralis calidum notat.

22. Odores teſtantur de volatilitate, modò aëreâ, modò ſulphureâ & balſamicâ.

23. Omnia reſinoſa, oleoſa, aromatica, balſamica, calida ſunt.

24 Mucilaginoſa ſibi relicta frigida & temperata.

25. Intrinſecum, firmum magis & proximius principium eſt ſapor.

26. Omnia acria, amara, ſalſa, calida.

27. Quæcunque acida, auſtera, acerba ſunt, ad calorem noſtrum relata, ſunt frigida; omne enim acidum obtundit ſulphur, ſanguinis autem calor conſiſtit in ſulphure.

28. Dulcia humido copioſo diluta temperata ſunt, eminenter talia calida.

29. Temperata nullâ qualitate excedunt, adeoque calorem nec in-

ten-

tendunt nec imminuunt, sed demulcent & conservant.

30. Benè in qualitatibus attenduntur gradus & mansiones graduum, aliud enim alio est calidius, & gaudent suâ latitudine.

31. Calida dicuntur, in quibus principia activa, sal, sulphur, mercurius, eminent magis vel minus, & calorem intendunt ac rarefaciunt.

32. Calida primo gradu, in quibus leniter, parcius, moderatè, obtusè, adeoque alterant obscurè & vix sensibiliter.

33. Calida secundo gradu, in quibus magis eminenter & sensibiliter sunt & alterant, sed citra læsionem.

34. Calida tertio gradu, in quibus sal volatile vel fixum prædominatur, unde manifestius & quasi cum noxâ alterant.

35. Calida quarto gradu, in quibus sal magis acre & causticum, adeoque cum læsione alterant.

36. Hinc pinguia, leniter odorata,

a, dulcia primo gradu; amara, resinosa, acriuscula, salsa, lenia aromatica secundo gradu; salia volatilia, lixiva, acria aromatica fortiora, tertio gradu; acerrima, caustica quarto gradu calida sunt.

37. Frigida sunt, quæ principia passiva aquam vel terram, vel sal acidum vel nitrosum eminentia habent, caloremque effrenem demulcent, imminuunt & refrenant.

38. Effectus medicamentorum alius est univocus, alius æquivocus.

39. Acetum & nitrum non sunt calida sulphurea, sed salina, adeoq; potius ab effectu frigida dicenda.

40. Frigidorum alteratio iisdem gradibus distinguitur.

41. Frigida magis sunt universalia, calida magis specifica.

42. Qualitates activæ respiciunt magis sanguinem, passivæ magis serum.

43. Humida sunt, quæ aqueis

gau-

gaudent particulis, vel oleosis & mucilaginosis. Sicca, quæ terreis gaudent, vel prioribus carent.

44. Humida excessivo gradu non dantur, quia magis actualia, siccaa quarto gradu non nisi calida quarto gradu sunt.

PARTIS QUINTÆ SECTIO SEXTA.

INTRODUCTIO DE FACULTATIBUS MEDICAMENTORUM COMMUNIUM ET EXTERNORUM.

1.

E *Mollientia* debentur duris, siccis, tensis, tartareis.

2. Emolliunt in genere moderatè calida & humida, in specie tepida, mucilaginosa, emplastica, pinguia.

3. Quæ

3. Quæ emolliunt, pro materiæ ispositione etiam suppurationem romovent.

4. Quod suppurantia sunt ante naturationem, id digestiva sunt ost apertionem.

5. Differunt & emollientia gradi-us, quædam mitius, quædam for-ius agunt, quædam unà resolvunt.

6. Emollientia in cataplasmate, inimento, unguento, fotu, empla-tro potissimum adhibentur.

7. Emollientia non conveniunt cancrosis, fissuris mammillarum, ma-teriæ tenui & dissipabili.

8. Ad *adstringentia* pertinent in-durantia, incrassantia, occludentia, defendentia.

9. Adstringentia debentur laxi-tati partium solidarum & humida-rum, parietum, pororum, & unitati solutæ.

10. Adstringentia viscera, vin-cula & musculos roborant, sangui-

nis

nis & ſeri conſiſtentiam & motum moderantur.

11. Sunt verò in genere frigida & ſicca, in ſpecie terrea, acerba, auſtera, acida, emplaſtica, balſamica, cauſtica, figentia.

12. Acida adſtringentia magis debentur humoribus fluxilibus, minus parietibus.

13. Quæcunque martialia magis ſunt ⊕lata, magis aperiunt; quæ magis terrea & ochrea, adſtringunt.

14. Adſtringentia alia aliis magis conveniunt; alia externè, alia internè magis, alia utroque modo.

15. Adſtringentia cum figentibus mixta fortius operantur, cum reſolventibus mitigantur.

16. In expanſione & bronchiis pulmonum impeditis non conveniunt adſtringentia.

17. Nunquam nimis adſtringendum.

18. Frigida magis ubi repellendi vel coagulandi humores, minus in

thco

horacis, ventriculi, hepatis vel uteri affectibus adhibentur.

19. Efficacius operantur formâ siccâ, quàm humidâ.

20. Balneis, clysteribus, suffimentis & unguentis adstringentibus minus fidendum.

21. Adstringentia cum cibis minus commodè dantur.

22. Fluxionibus ab obstructione vel copiâ adstringentia minus conveniunt.

23. Obstructum indicat *aperientia*; concretum, resolventia; crassum, viscidum, tenax, incidentia & attenuantia; acidum, acre, austerum præcipitantia & absorbentia.

24. Viscera pluribus gaudentia vasis obstructionibus magis sunt obnoxia, ut hepar, lien, mesenterium, uterus.

25. Martialia aperiunt absorbendo & saturando humores.

26. Aperiunt acria, aromatica, amaricantia, acida, aquea, terrea & alcalina.

27. Frea,

27. ♀ea, ☉lata, ♃iata, ♂lia, tec tras heroicorum remediorum.

28. Aperientibus interponendl evacuantia & roborantia, obſervati eorundem gradibus.

29. Non dentur cum cibo, nec valdè ſiccent.

30. Indurantia poris, incraſſantia humoribus tenuibus, fluxilibus, ac cribus conveniunt.

31. Ut ſerum & bilis potiſſimum tenuitate & acrimoniâ peccant, ita incraſſantia vitus inde oriundi magis debentur.

32. Conſtant *incraſſantia* lentore vel aqueo, vel terreo, vel oleoſo communia ſunt opiata.

33. *Repellentia* vel fluxum, vel ſenſum, vel poros reſpiciunt, frigida acida, viſcoſa & oleoſa.

34. *Attrahentia* indicant ſecundùm naturam calor & nutrimentum, præter naturam materia ſeroſa vaporoſa vel alia.

35. Attrahentia, rubefacientia, vel

cantia, caustica, saltim gradibus
efferunt, quo calidiora, eò fortius
trahunt.

36. Attrahunt vel vi vacui, vel
oloris, vel igneâ & urente salinâ
primis acri volatili qualitate.

37. Cantharides sale acri pollent
esicæ inimico, externè verò adhi-
tæ id minus exerunt.

38. Vesicas excitant cantharides
el in unguento, vel cataplasmate,
el, quod optimum, in emplastro,

39. Acetum vim cantharidum &
afringit & corrigit.

40. Ubi vehemens influxus, &
ars debilior ac sensibilior, vesica-
oria non conveniunt.

41. Vesicatoria in hydrope im-
roportionatum remedium.

42. Divisæ cuti adhibentur ma-
is extergentia & exedentia, inte-
ræ corrosiva.

43. *Extergentia* sicca nervis, ole-
sa acria ossibus cariosis, salina laxis
umoribus prosunt magis.

44. Sa-

44. Salium eſt corrodere, tum acidorum, tum alcalium fortiorum.

45. Datur cauterium indolens, quod adeò potenter operatur, ut ferè citra dolorem id fiat.

46. Cauſticis in hæmorrhagiis ſiſtendis non fidendum.

47. Corroſiva certis includenda terminis, delicatis partibus & cancroſis non adhibenda.

48. *Pſilothra* ad coſmetica pertinent, rarò tamen conſtantem effectum edunt.

49. *Suppurantia* debentur tumoribus ſanguineis, vel tamen non ſine ſanguine exiſtentibus.

50. *Traumatica* ſunt, quæ vel internè naturâ alcalinâ, vel balſamicâ ſimul reſolvente ſanguinem, vel externè partes læſas vigorant.

51. Potiones vulnerariæ in vulneribus artuum vel viſcerum uſu non carent.

52. Siccantia ſæpe citius conſolidant

nt quàm unguinoſa, ulcera ta-
en ab acido non æquè fiunt.

53. Glutinantia ſicciora ſunt ſar-
ticis, epulotica glutinantibus.

54. Glutinant & conſolidant ſic-
ntia, adſtringentia, viſcoſa, &
nplaſtica.

55. Callum generantia, fracturis
ſium debita, interne (eadem cum
avmaticis) & externè conveni-
t.

56. Medicamenta *ad ambuſta* vel
npyrevma eliciunt, calida; vel mi-
gant & demulcent, ſanantque, re-
gerantia.

PAR-

PARTIS QUINTÆ
SECTIO SEPTIMA.

INTRODUCTIO AD MEDICAMENTA SPECIFICA.

1.

Cephalica respiciunt vel membranas & nervos, vel spiritus & humores, vel poros.

2. Instaurant calidum innatum cerebri volatilia, balsamica, urinosa & acida volatilia; temperant terrea, aquea, acida, nitrosa.

3. Volatilia oleosa & sulphurea fixa demulcent & restaurant; urinosa & acida aperiunt poros.

4. Specifica cephalica magis conveniunt capiti per essentiam affecto.

5. Ut maximus consensus est capitis, ventriculi & uteri; sic & medicamenta cephalica, stomachica & uterina calida, multum conveniunt.

6. Quæ-

6. Quæcunque vel poros nimis plent, vel membranas nimis ferint, vel ſpiritus turbant, cerebto imica ſunt.

7. *Ophthalmica* reſpiciunt vel ocum ipſum, aquea, acriuſcula, migantia; vel humores & vapores npuros, diſcutientia interna & terna; vel ſpiritus & nervos, cenalica.

8. Oculis ſuppurantia & opiata inus, mucilaginoſa blanda & acriſcula magis conveniunt.

9. *Otica* vel vias extergunt & apeunt, vel ſenſationem roborant, el humores & halitus extraneos terant & diſſipant.

10. In oculorum & aurium affeibus caput ſemper eſt reſpicienam.

11. *Topica* remotis ſordibus, teda & blanda, non valdè unctuo- vel acria, & parcius auribus inenda.

12. *Thoracica* vel bronchia ex-

pediunt incidentia & lævigantia
vel humores moderantur tenues
crassos, putridos; vel expansionem
dissipando vel resolvendo restitu
unt.

13. Expectoratio in omnibus af
fectibus pulmonum ut sit libera pro
curandum, seu acribus, seu oleosis
seu dulcibus, resolventibus, præcip
tantibus, figentibus.

14. Non confundenda sunt at
tenuantia cum incrassantibus, bo
chica cum resolventibus, nec tonu
pulmonum negligendus.

15. *Cardiaca* vel rarefactionem
sanguinis secundùm naturam re
staurant, vel præternaturalem im
pediunt; vel resolutionem sangui
nis auferunt, vel grumescentem re
solvunt.

16. Rarefaciunt tum sulphurea
spirituosa, & oleosa balsamica, tum
salina, fixa & volatilia.

17. Impediunt rarefactionem a
que

uea, acida, nitrosa, terrea & bilem
btundentia.

18. Opiata spirituum resolutio-
em impediendo, terrea absorben-
o, acida resolvendo, cordi opitu-
antur.

19. Quæ scilicet statum sangui-
is in motu, calore, consistentiâ re-
piciunt, sunt cordialia.

20. Nunquam nimis rarefacien-
um; cinnabarina maximè sangui-
em resolvunt.

21. *Stomachica* vel calorem resti-
uunt, sulphurea, balsamica, carmi-
ativa; vel fermentum, salina, a-
ria, & acida; vel laxitatem, tonica.

22. Fermentum excedens corri-
unt pinguia, aquea, lixiva; per-
ertunt dulcia, nitrosa, acido-salina,
aturnina; figunt opiata.

23. Terrea & alcalina appetitum
uoq; nonnunquam ciere possunt.

24. Interna ventriculi robur at-
endant; externa felicius anticè ap-
licantur.

25. *Hepatica* respiciunt vel du-
ctus, vel bilem, vel tonum.

26. Ductus aperientia; bilem tum
restaurantia calida, sulphurea, a-
cria; tum temperantia & absten-
gentia acida, terrea, amara; tonum
moderatè styptica.

27. Qui dulcis est hepaticus.

28. Martialia magis in laxis &
præhumidis malis conveniunt
quàm siccâ intemperie, præterquàm
humidâ formâ.

29. Martialia feces tingunt, ru-
ctus cient, motum corporis requi-
runt.

30. Aperientibus moderatis &
roborantibus gaudet hepar, conti-
nuatis & attenuantibus meris lædi-
tur.

31. Adstringentia cum tenuitate
partium, aperientia cum adstrictio-
ne hepati conveniunt.

32. *Splenetica* respiciunt salia sylve-
stria, impura & tartarea sangui-
nis.

33. H

33. Humores acidos & auſteros primis corrigunt ſalia volatilia & ka; lixivioſos acida & abſorben- ; tartarum, acida, alcalina & aro- atica.

34. Scorbuticos ſæpe lædunt vo- tilia, acida & temperata ſæpe ma- s juvant.

35. In arthriticis & nephriticis randis hypochondria reſpicien- a.

36. *Nephritica* vel reſolvunt coa- ulum; vel mitigant dolorem & rimoniam; vel pellunt laxando as.

37. Reſolvunt magis ſalina, mi- gant nervina & paregorica, pel- nt emollientia & diuretica.

38 Fortiora pellentia, ubi miti- ndum vel reſolvendum, utpluri- um plus lædunt.

39. *Uterina* reſpiciunt vel vaſa, a- rientia; vel ſanguinem, rarefaci- do, refrænando, reſolvendo; vel bſtantiam uteri, nervina.

40. Menſes pellentia fœtum pell lunt.

41. Carminativa optima uterii na.

42. Menſium defectui non ſolla pellentia fortia conveniunt.

43. *Arthritica* vel ſerum corrii gunt, divertendo, alterando, reſolv vendo; vel nervos ſolantur, cephal lica; vel dolorem demulcent, pare gorica & nervina.

44. Omnia cephalica ſunt etiam arthritica.

45. Topica ſæpe morbum exa ſperant & membrum lædunt.

PARTIS QUINTÆ SECTIO OCTAVA.

INTRODUCTIO AD PURGANTIA ἄΝΩ ΚΑΪ ΚΆΤΩ.

I.

NOn omnes humores vitiosi æquè facilè evacuantur, adi co

oque nec promiſcuè purgandi.

2. *Digeſtiva* humores reſpiciunt, terando & ad evacuationem præarando.

3. Alterant humores tum maſſæ nguineæ confuſos, tum extravatos.

4. Digeſtiva polychreſta ſunt aeritiva, hepatica, ſplenetica, cahectica.

5. Magis uſitata humida, diluntia, non ſoli tamen ſirupi, vel quæ

6. Digeſtivis opus eſt ad benè ſſe, non tamen ſemper, magis in hronicis, quàm acutis.

7 Sicciores & melancholici, niſi rius humectantia & aperientia ræmittantur, non benè purganur.

8. Lenientia tum fæces mollifiant & abſtergunt, aquea, pulpoſa, inguia; tum leniter ſtimulant, ſana.

9. Purgantia, minori doſi data,

fiunt lenientia, & vice versâ lenientia purgantium succedanea.

10. Locum habent in quovis morbo, innoxia & indemnia, cum cibo etiam & debilibus danda.

11. *Purgantia* non agunt virtute magneticâ trahendo, vel similitudine substantiæ.

12. Purgantia non ut venena, vel quasi venena, nec ob ἀντιπάθειαν pellunt.

13. Multò minus è medicinâ exturbanda.

14. Purgantia non solâ fermentatione absolvuntur vel explicari possunt.

15. Purgantia agunt irritationem ob acrimoniam salino-sulphuream magis vel minus volatilem, patentem vel latentem.

16. Liquant & fundunt humores, naturam stimulant, ut collecti & adducti excernantur.

17. Purgant omnes humores

pro

TAB. IV. DE PURGANTIBUS.

ad pag. 201.

- PURGANTIA
  - non usitata:
    - terebinthina,
    - polypodium,
    - sem. psyllii,
    - sir. & mel violar.
    - fl. persicor.
    - bryonia,
    - epithymum,
    - cortex samb. frangul.
    - sem. & cortex ebuli,
    - asarum,
    - myrobalani,
    - euphorbium,
    - opopanax,
    - sagapenum,
    - rhamn. solutiv.
    - rhabarb. monach.
    - lap. armen.
    - lazuli,
    - helleb. albus,
    - iris nostra,
    - laureola,
    - gr. tilli.
  - rarius & determinatè usitata:
    - cassia,
    - tamarindi,
    - manna,
    - turbith,
    - cnicus,
    - rad. matalistæ,
    - hermodactyli,
    - colocynthis,
    - helleb. niger,
    - esula,
    - elaterium,
    - gratiola,
    - soldanella,
    - g. g.
    - ☿ d.
  - selectiora:
    - agaricum,
    - aloë,
    - rhabarbarum,
    - sena,
    - gialapa,
    - scammonium,
    - mechocanna,
    - spec. diagal. M.
    - pulv. laxat. veget. catholicus.
    - comit. de Warvvick,
    - extract. panchym. Croll.
    - cathol. Andernac.

omiſcuè, ſed non omnes omnia
m benè.

18. Purgantium doſis in genere
definiri exactè nequit, & falsò ab
utoribus transſcribitur.

19. Quæ bilem, eadem & melan-
holiam; quæ pituitam, eadem &
rum purgant.

20. Magis reſolubilia ſerum, mi-
ùs reſolubilia bilem magis pur-
ant, media magis panchymago-
a.

21. Purgantia alia magis, alia ra-
ùs paulò uſitata, alia exoleta, ergò
ligenda. Vid. *Tab. IV.*

22. *Caſſia* pectoralis & nephritica,
bolo magis aſſumitur.

23. *Manna* pectori & infantibus
rata, in liquore ſolubilis.

24. Fortiora mediæ claſſis ſtimu-
loco magis inſerviunt, mitiora le-
ientium.

25. *Colocynthis, helleborus, ſius dulcis*
ſubſtantiâ & ſola minus, magis
pilulis & cum aliis dantur.

26. *Aloe* lenientium apex, hæ morrhoidalem tenesmum facilè exx citat.

27. *Rhabarbarum* & *sena* magis in decocto; *gialapa* magis in pulvere bolo & reliquis; *scammonium* magis in pilulis usurpantur.

28 Gialapium purgantium apex tartarus juvantium, scammonium stimulantium.

29 Acidulæ, nitrosa & quandoque resolventia diverso effectu quoque purgant.

30. Purgantia alterantibus interdum addita ipsorum vim & penetrationem augent.

31. Purgantia & vomitoria non solo gradu operationis, respectu doseos, sed mixtionis differunt.

32. Vomitoria acrimoniam salino sulphuream volatiliorem, purgantia fixiorem magis obtinent.

33. Purgantia rarius simul vomitum, vomitoria sæpius simul alvum movent.

34. Ventriculi robur dispensat

vomi-

omitoriorum & purgantium vir-
ntem.

35. *Emetica*, Herculeum & catho-
cum remedium, morbos quasi ve-
ibus excludunt.

36. Per vomitoria excretorum
olor & diversitas potissimum à bile
cessenda.

37. Non omnia, quæ vomitum
ovent, sunt vomitoria.

38. Purgantia & vomitoria ar-
a communissima medicorum
nt, ergò bona & selecta sint opor-
et.

39. Quæ ventriculo & corpori
agis sunt adversa, quæque vel mi-
us vel nimis corpus agitant, mi-
us usitata.

40. Pinguia & tepida emetico-
um vehicula.

41. *Asarum* magis in infuso, radi-
& electuario usitatum.

42. Sal ☉li emeticum innoxium.

43. Nec regeneratur in aëre, nec
ventriculo.

44. Antimonium, nisi ab igm vel salibus expansæ sint partes sul phureæ & salinæ, iisdemve ablati vomitum non movet.

45. Antimoniata vomitoria co ptima.

46. In substantiâ verò & per is non exhibenda.

47. Corriguntur vel infusione vel sublimatione cum salibus & præ cipitatione, vel imprægnation cum ☿ro.

48. Non danda minori dosi, nec majori.

49. Abusus vomitoriorum non tollit usum, unde scommata & fu mina in antimonium nauci fac onda.

50. Decomposita reddere ♃iatt vomitoria & metallis aliis auger non opus est.

PARTIS QUINTÆ
SECTIO NONA

INTRODUCTIO AD MEDICAMENTA DETERMINATA ALIA.

1.

Bezoardica in genere calidi innati vigorem, seu sanguinis & seri πύρωσιν & miscelam à malignitate impetitam, tuentur.

2. Ut nec venena, ita nec bezoardica agunt occultis qualitatibus.

3. Alia putredini resistunt, tum intendendo & vegetando, balsamica, & urinosa; tum concentrando & penetrando, acida.

4. Alia rarefactionem & resolutionem peregrinam domant, adstringentia, mucilaginosa, terrea, acida, opiata.

5. Alia fluxile reddunt serum, aquosa, nitrosa, diaphoretica, cinnabarina.

6. Lapis bezoar ac unicornu, verum & fossile, ac similia non agunt ultra sphæram activitatis suæ.

7. Theriaca sine opio sudorem non movet.

8. Alia bezoardica sunt universalia & polychresta, alia determinata magis & specialia.

9. Non omnia antidota omnibus venenis conveniunt, tum internè, tum externè.

10. *Volatilia* quæ intendunt, *fixa* quæ domant, & *media* non sunt confundenda.

11. Gravidis, infantibus, cacochymicis & debilibus magis temperata, volatilia verò cautius danda.

12. Sudatio à bezoardicis maturè instituenda, non verò intempestivè & continuò urgenda.

13. Speciali antidoto incognito, ad universalia confugito.

14. Non quodlibet animal venenatum

atum ſuum ſecum geſtat antido-
um.

15. *Diaphoretica* ſerum liquant,
um reſolvendo & abſorbendo, tum
uxile reddendo & rarefaciendo,
um incidendo.

16. Opiata & acida reliquis ma-
tata virtutem ſudoriferam inten-
unt.

17. Diaphoretica ſanguinis &
mphæ motum, calorem & conſi-
entiam moderantur;

18. Hinc febrium, impuritatum
anguinis, & morborum ſeroſorum
anacéa.

19. Sudor externis promoven-
us, nunquam verò nimis cogen-
us.

20. *Carminativa* tum in halitus
ſolvunt & diſſipant, tum abſor-
ent & temperant, tum mineram
ventriculo corrigunt.

21. Purgantia carminativis ſuc-
enturiantur, præcipuè in clyſteri-
us.

22. O-

22. Omnia putredini resistentia, acida, amara, acria, lixiva, volatilia, terrea & nitrosa sunt *anthelmintica*.

23. Omnia oleosa & pinguia vermibus inimica.

24. ☿ius vermium mors.

25. Omnia purgantia sunt anthelmintica, inprimis verò cholagoga.

26. Dulcia ad fallendos magis, quàm necandos vermes faciunt.

27. Lumbrici è corpore excreti minus tutum lumbricorum remedium.

28. Quæ *lithontriptica* sunt, eadem & grumos sanguinis attenuant.

29. Diaphoretica & diuretica optima resolventia.

30. Quæcunque abstergunt, stimulant, seu fundunt & aperiunt resolvuntque, sunt *diuretica*.

31. Abstergunt aquea & liquida, mucilaginosa, temperata; stimu-

ulant & resolvunt salina, alcalina, eosa.

32. Purgantia etiam sunt diuretica.

33. Diuretica calida & potentia- *propriè* talia; frigida, temperata actualia *impropriè* talia audiunt.

34. Diuretica & Diaphoretica erquàm sunt affinia.

35. Quæcunque vias aperiunt, nguinis rarefactionem immedia- vel mediatè promovent, ipsumque reficiunt, sub *emmenagogis* connentur.

36. Urinam cientia pleraque etam menses movent.

37. Emmenagoga danda conveiente naturæ motui tempore.

38. Quæ menses movent, etiam *etum pellunt*, magis tamen fortioa.

39. Πολύχυλα, πολύγαλα.

40. Quæcunque affluxum ad mam-

mammas promovent, & vias laxam ad *lac augendum* faciunt.

41. Quæcunque emolliunt, diis cutiunt, resolvunt, repellunt & adstringunt, *lac minuunt*.

42. Lac & *semen extinguentia* eadem sunt.

43. Quæcunque inflammationem, vel coagulationem lactis inducere possunt, cautè vel non applicanda.

44. Emollientia & blandè digerentia nervina, *anodyna*.

45. *Narcotica* externè applicata emolliunt.

46. Anodyna interna majori dosi data fiunt narcotica.

47. Cinnabarina & opiata dolorum omnium panacea.

48. Opium somnum & sudorem ciet, dolores sedat, fluxiones sistit & figit.

49. Quæcunque irritant membranam narium & fundunt humores, *errhina* & *ptarmica* sunt.

50. Q

50. Omnia acria & purgantia nt ptarmica.

51. Ptarmica capiti, oculis & na-us, hinc & reliquis ventribus, de-ibus minus conveniunt.

52. Quæcunque vel motu ac ca-re poros dilatant, vel ſerum proxi-ius remotiusve fundunt & liquant, nt ἀποφλεγματίζοντα.

53. Apophlegmatiſmi deplent ſe-am, torpidum ſtimulant, fauces & put roborant.

54. ☿ potentiſſimè ſerum fundit, ſalivationem excitat, interius vel terius adhibitus.

55. *Iſchæma* ſunt, quæ vel vaſa hi-ntia vel fluxilem ſanguinem coër-ent.

56. Vaſa cohibent comprimen-a, imbibentia, adſtringentia & uſtam inducentia; extravaſatum nguinem ejusdem motum mode-ntia.

PAR-

PARTIS QUINTÆ SECTIO DECIMA.

INTRODUCTIO AD PRÆPARATIONEM ET COMPOSITIONEM MEDICAMENTORUM IN GENERE.

I.

NOn invenire medicamenta vel præparare ſatis eſt, ſed inventis prudenter uti convenit.

2. Ut diſpenſari poſſint ſimplicia in uſum prius aptanda, ſeu groſſiori ſeu ſubtiliori modo.

3. Simplicia ſelectiora & evporiſta plurimorum morborum remedia.

4. Non ſolis tamen iis inhærendum, ſed potius artificioſa mixtio neceſſaria.

5. Qua

5. Quæ non prosunt singula, mul-
juvant.

6. Mixtio seu compositio medi-
mentorum & gratiam majorem
cum trahit & usum, ad varias cir-
mstantias tollendas.

7. Compositionem hanc absol-
ant principaliter materia & forma;
cundariò dosis & ordo.

8. Materia medica in mixtione
iplicem acquirit formam exter-
am, solidam, liquidam & mediam.

9. Externæ formæ denominatio-
em largitur interna, seu virtus.

10. Ingredientia respectu ad se
vicem habito alia basis titulo, alia
vantis, alia corrigentis &c. gau-
ent.

11. Basis, ceu fundamentum prin-
paliter scopo inserviens, absolutè
ecessaria, reliqua verò secundum
uid.

12. Non omnia ergò in omnibus
que necessaria sunt vel locum ha-
ent.

13. Cor-

13. Corrigentium ſemper minor ſit quantitas, major reliquorum.

14. Præſtat conciſa ingredientium brevitas, quam confuſa farrago.

15. Medicamenta Galenica & chimica maritanda.

16. Compoſitio & diſpenſatio conſtat pondere, numero & menſurâ proportionatis.

17. Pondera uſitata præ obſoletis attendenda.

18. Compoſiti doſis ſumma, media, infima regulatur ex viribus & proportione medicamentorum & collectione ingredientium ſingulorum.

19. Quò magis concentrata virtus, eò minor doſis, quò diffuſior eò major requiritur.

20. Quò major mixti energia, eò cautius, parcius & definitè magis diſtribuendum, & contrà.

21. Conſultius eſt ſemper conſiſtere infrà ſummam doſin.

22. Id

22. Idiosyncrasia ut medicamen-
ipsa, ita inprimis dosin mode-
tur.

23. Quæ in substantiâ simplâ, in
fuso vel decocto duplâ, in ex-
acto dimidiâ vel minori dosi
antur.

24. Folia in trageis quandoque
drachmis, ordinariè verò mani-
lis, flores pugillis, præscribun-
r.

25. Potiones rarò ultra ℥iij, pul-
eres ultra ʒß. Tincturæ ultra ʒo.
uttas; sirupi ultra ℥ß. vel ℥j, pilulæ
tra ℈j præscribuntur.

26. Contraria se vel destruentia,
el fermentationem insigniorem
ccitantia inter se minus miscenda.

27. Operationes pharmaceuticæ
enerales sunt quatuor: 1. præpa-
tio, 2. solutio, 3. destillatio, 4.
alcinatio; reliquæ ad has referen-
æ.

28. Quæ magis continuas & co-
hæ-

hærentes habent particulas, difficc
lius pulverisantur.

29. Resinosa, addito oleoso facci
lius in pulverem abeunt.

30. Fermentatio centra mixtorum
instar clavis reserat.

31. Similia similibus solvuntur
contraria contrariis præcipitan
tur.

32. Aptitudo instrumentorum
facit artificem.

33. Instrumenta alia sunt anima
ta, alia inanimata; alia activa, alii
passiva; alia communia, alia propria
alia primaria, alia secundaria.

34. Ignis motor primus est, aqu
vehiculum magis, aër ventilabrum
terra corpus præbet.

35. Passiva communia sunt tri
laboratorium, furni & vasa.

36. Structura fornacum noscen
da medico.

37. Furni alii sunt tecti, alii aper
ti, alii fixi & immobiles, alii porta
tiles.

38. In

38. Instrumenta & furni alia necessaria, alia ad benè esse, alia ad pompam & curiositatem faciunt.

PARTIS QUINTÆ SECTIO UNDECIMA.

TIT. I.

INTRODUCTIO AD PRÆPARANDA ET COMPONENDA VARIA MEDICAMENTA.

I.

ACetum fit è salinis & tartareis particulis elevatis & fluorem deptis, depressis volatilibus & sulphureis.

2. Vermes in aceto quandoque nari, non improbabile, ab iis tamen corem arcessere non licet.

3. ⁂ purius est aceto simplici, cet non æque fortius.

4. Optimi vini optimum aceum, pomaceum tamen & ex hydromelite quoque non negligendum.

5. ⁂, ♍i, ⊖ ♆ri magis ad prae parationem aliorum, quàm sui gra tiâ expetuntur.

6. Acetum non in æneis vasi saltim quoad alembicum, destillan dum.

7. Acetum vel simplex vel com positum est, ad internum vel exter num usum.

8. *Aquæ*, spiritus & olei nomin sæpe confunduntur.

9. Vegetabilia proximam matee riam constituunt aquarum; animaa lia adæquatam; remotissimam mii neralia.

10. Plantæ vel recentes, vel siccæ vel integræ vel concisæ, & contusæ vel cum vel sine menstruo alio de stillationi subjiciuntur.

11. Menstruum ad aquas destilla tas est vel succus proprius, vel alius vel vinum, vel communissimè aqua simplex s. q. affusa.

12. Aquæ spirituosæ, seu cum vi no seu fermentatione paratæ, melio res, sed non in calidis affectibus.

13. A

13. Aquæ deſtillatæ pollent virute ſuorum ſimplicium, inprimis olatili ſale vel ſulphure conſtanium.

14. Neque verò & reliquarum udores pro cadaveribus officinaum ſimpliciter habendæ.

15. Omnium vegetabilium aquas eſtillare & aſſervare non opus eſt, præſtant ſelectiores.

16. Deſtillantur communiter vel n Balneo Mariæ, vel in veſicâ rarius per deſcenſum.

17. Aquæ purgantes & adſtringentes propriè non dantur.

18. Aquæ deſtillatæ variis compoſitionibus miniſtrant, internis & externis; per ſe, niſi paulò ſpirituoſiores, vel vehiculi loco, rarius præſcribuntur.

19. *Aurium* medicamenta peculiari formâ ad partem pharmaceuticam non pertinent.

20. *Balſama* propriè dicta vel diffuſa magis ſunt, vel concentrata.

21. Balſama hæc conſtant corpo re, animâ, & ornatu, ceu veſtitu.

22. Corpus pro balſamo optimum præbet oleum nuciſtæ expreſſum; animam olea deſtillata, ornatum, quæ colorant.

23. Compoſitorum princeps & inſtar omnium eſt balſamum apoplecticum.

24. *Balnea* ſunt ſpecies decoctorum pro uſu externo univerſali vel particulari.

25. Balneorum ingredientia communia ſunt digerentia, propria pro uſu ſpeciali variant.

26. *Bolum* conſtituit corpus molle, pulveres & alia convenientia excipiens.

27. Bolus, pro unâ doſi dandus, quò minor, eò gratior.

28. Boli infantibus minus præſcribuntur.

29. *Calcinatio* fit vel igne actuali, vel potentiali per corroſiva.

30. *Incinemtio* magis vegetabilibus, *combuſtio* animalibus, *calcinatio* metallis tribuitur.

31. Cal-

31. Calcinatio igne mediato fa-
ta, ſeu immerſiva, dicitur philoſo-
hica.

32. Plantæ pro ſale conficiendo
inus benè cum ſulphure calci-
antur.

33. Calces omnes alcalinæ natu-
æ, abſorbendi & ſiccandi gaudent
irtute.

34. Ut ex aquæ & terræ mixturâ
imus, ita ex humidis cum pulveri-
us & aliis impaſtatis, vel per ſe vi-
coſis *cataplaſmata* fiunt.

35. Omnia mollia & mucilagino-
a per ſe cataplaſmari apta.

36. Omnia cataplaſmata calida
magis emolliunt, frigida repellunt
magis.

37. Magis integris partibus quàm
n unitate læſis conveniunt.

38. Veſicatoria benè in linimen-
is, meliùs in cataplaſmate, optimè
n emplaſtris applicantur.

[illegible] omnis [illegible]
cauteria potentialia vel ab alcali vel
ab acido arceſſenda.

40. Alcalia corrosiva ab aëre de fendenda.

41. Alcalia corrosiva magis form siccâ; acida magis humidâ, vel sco lidis imbibita applicantur.

42. Salia non agunt vel corrco dunt, nisi soluta.

43. Cerevisiæ decoctum sunt alli mentarium, ab appropriatis medi catum fiunt.

44. *Clysteres* nec turpe remedi um, nec damnandum & eliminan dum.

45. Clysteres vel minoris, vel ma joris sunt apparatus.

46. Ut liquor omnis injectus anco illum proluit, ita à sale, oleo & mel le stimulus petitur.

47. Communiter clyster est de coctum ex emollientibus magis vel minus stimulans, tepidè injicien dum.

[illegible] induntur cum vesicâ, majori cum siphone.

49. Clysteres nutrientes, præter quam humectantes, non usitati.

50. Cly

50 Clysteres uterini ex decoctis erinis in conjugatis, licet rarius, agis locum habent.

PARTIS QUINTÆ
SECTIO UNDECIMA
TIT. II.

NTRODUCTIO D PRÆPARANDA ET COMPONENDA MEDICAMENTA ALIA.

I.

Condita magis humidâ, confecta siccâ formâ asservantur & gaudent.

2. Condita, candisata & confecta mensis secundis apponuntur.

3. Conditorum elementa tria; ondiendum, saccharum, liquor; Conservarum & confectorum duo; accharum, & conficiendum, vel onservandum.

4. In conditis & conservis nimia nimidiae vitanda.

5. Saccharum sal pharmacopœorum.

6. *Conservæ* & condita Electuariorum materia prima.

7. Conservarum virtus variat pro fermentatione & ætate.

8. *Crocus* martis vitriolatus omnis magis aperit, ochreus magis adstringit, uterque siccat.

9. Croco martis adstringenti soli pro adstrictione non fidendum.

10. Crocus metallorum parens emeticorum, & collyriorum.

11. Fit vel cum regulo unà, cum ♃ro & ☉, qui debilior; vel per se solus sine ♃ro, qui melior.

12. Sulphur ℞ii auratum impurum est, purum in cinnabari.

13. *Decocta* principaliter è plantis, adæquatè è reliquis fiunt.

14. Competunt magis fixioribus, solidis & liquidis, volatilioribus minus.

15. Decocta antiscorbuticorum balsamicorum optima, volatilium levi igne vel clauso paranda.

16. Decocta diffusiora sitim & pectus alterantia reliquis magis usitata.

17. *Den-*

17. *Dentes* polire convenit, non eterere.

18. Dentes deterguntur pulveribus, gingivæ roborantur adſtrinentibus, demulcentibus & putrilaini adverſantibus.

19. Acida dentibus inimica, gingivis parcius adminiſtranda.

20. *Eclegmata* pulmonibus affectis propria, non tamen ſola, nec emper.

21. Eclegmata uſualia ſunt ſirupi piſſiores, extemporanea ex ſirupis, ellooh, & pulveribus pectoralibus onfiunt.

22. Catarrhi modò incraſſari, modò attenuari, tum aliis, tum linctibus oſtulant.

23. Dulcibus mulcere licet pulnonum bronchia, non obruere.

24 Roſcidâ pitiſſatione eclegmala humectant & alterant.

25. Eclegmata & electuaria, quæ fermentationem nimiam cient, non ngrediuntor.

26. *Electuaria* officinalia sunt species melle exceptæ & confermentatæ; magistralia conservæ compositæ.

27. Illa ad varios scopos; hæc confortandi magis fine præscribuntur.

28. In linctibus, electuariis, emulsionibus, rotulis & morsulis, elixiriis &c. proportio octupla maximè inter excipiens & excipiendum observatur.

29. *Elixiria* sunt essentiæ compositæ.

30. Acida menstrua, sulphureo subjugata, extractionem juvant.

31. Acida, stimulum ℣i addentia, non semper commodè statim in principio adduntur.

32. ℣ ad elixiria, essentias, Rass. extracta debet esse rectificatus, vel per se, vel cum lixivis, vel ab appropriatis cohobatus.

33. ⊖ ♀ri in elixiris extrahendis commodius omittitur.

34. Concorporata & inspissata gum-

ammosis simplicia pro externo u-
emplastra constituunt.

35. Quæ vinculo egent, cerâ & rebinthinâ excipiuntur, quæ mi-us, etiam sine his confieri queunt.

36. Emplastra officinalia pro halaxatione olea appropriata po-ulant.

37. Liquata in liquorem semina lbescentia *emulsiones* constituunt.

38. Quæcunque vel colorem la-teum deturpant, vel consistentiam estruunt, in emulsionibus exu-ent.

39. Emulsiones inter diluentia, umectantia, & refrigerantia præ-ipuum.

40. Externa internis cedunt, in nternis affectibus.

41. Liquores aquosi calidi vel rigidi, cum vel sine sacculis, *epithe-natum* humidorum elementa.

42. Inter epithemata cephalica & cordialia usitatiora.

43. Epithematibus penetrantia

& roborantia commodè adduntur.

44. Quæ parti debentur ipsi, cui applicantur, magis calida; quæ alteri, frigida magis præscribuntur.

45. Repellentia verò omnia frigida adhibentur.

46. *Errhina* sive pro capite sive pro naribus usurpantur.

47. Errhina magis liquidâ, *ptarmica* solidâ magis formâ gaudent.

48. Radix gentianæ dilatatorium meatuum præcipuum.

49. Quodlibet suo menstruo extrahendum.

50. *Extracta* magis in fixis & sulphureis, (amaris, resinosis, gummosis,) quàm volatilibus locum habent.

51. In extractis liquor solvens vel ex parte, vel ex toto aufertur.

52. Extracta, Essentiæ, Tincturæ vires rerum concentratas exhibent.

53. Extracta pilularum mater.

54. Fa

54. *Farinæ* compositæ ad erysipelas optimæ.

55. *Ferulæ* non penitus rejiciendæ, matre suâ sæpe meliores.

56. Salinæ, ☿les & sulphureæ volatiles particulæ formâ siccâ ab igne evectæ *flores* & *sublimata* audiunt.

57. Sal *cum partes metallicas & terreas secum rapiendo evolat.

58. Quæcunque non sunt apta evolare, non possunt sublimari, sed comburuntur.

59. Flores ♀ris simplices pulverisato sulphure meliores.

60. *Fomenta* calorem nativum mulcent, poros laxant, materiam vitiosam & σάσιν corrigunt, serum restituunt, dolorem leniunt.

61. *Cucuphæ*, non nimis vaporosæ, capitis tegmen medicum.

62. *Gargarismata* faucium purgatoria.

63. Τὸ γλιχρὸν ossium evocatum *gelatinas* constituit.

64. Gelatinæ dulces vel acidæ

reficiunt, viſcoſæ nocent.

65. *Suppoſitoria* purgantium & Clyſterum ſuccedanea.

66. Omne ano ſuppoſitum ſtimulat.

PARTIS QUINTÆ SECTIO UNDECIMA. TIT. III.

INTRODUCTIO AD PRÆPARANDA ET COMPONENDA MEDICAMENTA RELIQUA.

1.

INfuſa eſſentiæ Galenicorum.

2. Infuſa quævis facilè turbant alvum.

3 Infuſa & decocta ſororiant.

4. Infuſa ſiccioribus viſceribus ſolatium.

5. *Julepi* ſive aquæ ſaccharatæ Arabum minus uſu ſe commendant.

6. Po-

6. Potiones confortantes, grato olore & ſapore, Julepos conſtituunt.

7. Dandum aliquid eſt palato, non indulgendum.

8. Salia coagulata *lapides* fingunt.

9. Lapis corroſivus quò ſimplicior, eò melior.

10. Lapis medicamentoſus ulcerum & laxitatum remedium.

11. Salia abſinthii, artemiſiæ, conſultius in eo omittuntur.

12. *Leucophagum*, *Pandaleon*, *Sapo-nea*, *panis Martius*, *holippæ*, *teſtudinarum*, *ſapones* rude donata.

13. *Liquores* citra additum liquorem ex ſalino potiſſimum genere fiunt.

14. *Linimenta* unguinoſa magis laxant, balſamica roborant.

15. Linimenta tota illini geſtiunt, unguentis fluidiora, affinia utraque.

16. *Lixivia* ſunt ſoluta ſalia pro in-

interno, externo vel aliis usibus.

17. Lixiva contrariantur acido, acidum ligat alcali, alcali liberat ligatum volatile.

18. Lixivia hydropicis non promiscuè conveniunt.

19. *Masticatoria* commendat gratia & virtus, in globulis optima.

20. Species saccharo ad volatum cocto immixræ constituunt *morsulos* & *rotulas*.

21. Rotulæ pauciora & subtiliora, morsuli plura & grossiora recipiunt ingredientia.

22. Purgantibus morsulis minor sacchari quantitas addenda.

23. *Oxymel* pituitæ incisioni conveniens, sive in intestinis, sive in pectore.

24. Olea destillata sunt resinæ coadunitæ & liquatæ.

25. Coadunit aqua excipiendo, sal & Tartarus liberando, ignis propellendo.

26. Quæ

26. Quæ verò resinâ copiosius
ollent, nec excipiente extraneo nec
perante egent.

27. Olea ætherea supernatant, sa-
volatili magis saturata & globosa
ndum petunt.

28. Olea, quà talia, non sunt acida.

29. Olea expressa vulgaria sale vo-
tili minus instructa & torpidiora.

30. Olea, quæ intimius substan-
iæ immersa exprimuntur, non de-
tillantur.

31. *Oxycratum* & *oxyrrhodina* epi-
hematum progenies.

32. Quod suppositoria sunt ano,
d pessi sunt utero, rarius tamen in
usu.

33. *Pilulæ* concentratæ efficaciores
x gratiores.

34. Extracta & Massæ pilularum
nater; excipienda reliqua activa.

35. Pilulæ magis in laxitatibus
quàm siccitatibus conveniunt.

36. Purgantes stomachicæ &
phalicæ pilulæ usitatiores.

37. Pi-

37. Pilulæ deaurari ad gratiam, minus ad efficaciam possunt.

38 Salibus corporatura pilularum destruitur.

39. *Potiones* ex omnibus liquidiss. propriè verò magis ex aquarum destillatarum mixturâ fiunt.

40. Minus grata per se minorem gratiam in potione obtinent, majorem in pilulis.

41. Acida & dulcia potionum condimenta, accessoria pulveres & alia.

42. Magisteria propriè præcipitatione fiunt.

43. Quæ solvunt, eadem & præcipitant.

44. Magisteria evaporatione facta de solvente participant, nec pura sunt.

45. *Præparata* sæpe magisteriis meliora.

46. Homogenea miscenda tum [illegible]

47. Potiones diluendi, pulveres ab

ſorbendi & præcipitandi fine ſæ-
ſſimè præſcribuntur.

48. Liquida & mollia non niſi fractâ doſi ingredi debent pulves.

49. Pulverum Galenicorum & himicorum commodum connu-um.

PARTIS QUINTÆ SECTIO UNDECIMA. TIT. IV.

NTRODUCTIO AD PRÆPARANDA ET COMPONENDA MEDICAMENTA RELIQUA.

I.

R*Otulæ* præſervandi & confortandi magis, quàm curandi fine præſcribuntur.

2. Separatæ ex ♃io partes metallicæ uncuntur Regulus.

3. ☉ partes ſulphureas abigit & diſſi-

dissipat, ☿ colligit & fundit metallicas.

4. Reguli igne fusionis fiunt, parte circiter subquadruplâ remanentes.

5. Ex regulis ♃ium diaphoreticum & bezoardica mineralia producuntur.

6. Salia sunt vel fixa, vel volatilia, vel media seu enixa; fixa vel lixiva vel acida, enixa ex acidi & alcali mixturâ.

7. Salia fixa parcè in animalibus, volatilia copiosè reperiuntur.

8. Vegetabilia sapida & amara plus salis fundunt, & contrà.

9. Salia vim habent saponariam, præcipitantem, aperientem, diuretica, leniter stimulantem.

10. Candor in salibus ad splendorem multum, ad virtutem parùm confert.

11. Salia volatilia non solùm in plantis scorbuticis [illegible] rùm etiam in omnibus aliis existunt.

12. Il

12. In herbis magis ſal volatile, in
ribus & ſeminibus magis ſulphur
inet.

13. Salia acida ventriculo gratio-
, lixiva & media largiori doſi fer-
entum ejusdem deſtruunt.

14. Extracta ſaccharo concor-
rata & incocta *ſirupi* vocantur.

15. Ex quibus extracta menſtruo
ueo fieri, eadem & ſirupiſari que-
nt.

16. Sirupi potionum, decoctorum,
nulſionum, electuariorum, bolo-
m complementum.

17. Sirupi parciori manu, non
ῳ θολάκῳ ſeu integro modio diſ-
enſandi.

18. Spiritus ſunt vel ſulphurei,
λογιϛοὶ, vinoſi, vel urinoſi, vel aci-
, ſinguli ſatis activi.

19. Spiritus vinoſi vegetabiles
nt partes oleoſæ volatiles fermen-
tione expanſæ, & in phlegma di-
itæ.

20. Hinc ex ſeminibus & roſcidis
magis

magis parantur, seu, quæ oleum
fundunt, eadem & spiritum.

21. *Succi* inspissatione constitu-
unt rob, liquidi asservantur ab aër
defensi.

22. *Rob* dicitur magis de fructi-
bus & baccis succulentis, ex herbi
verò inspissati succi extracta magi
audiunt.

23. *Suffitus* ad gratiam rarò de no-
vo, ad sanitatem frequentius pra-
scribuntur.

24. Partes sulphureæ & mercu-
riales suffituum elementum.

25. Suffitus duo requirunt, u
num intrinsecum, mobile, ☿le, ♁rre
um; alterum extrinsecum accessor
rium, movens, ignem, seu calo
rem.

26. In humidis magis obtusa, i
siccis magis expansa.

27. Suffitus affluxum & motum
humorum ad partes aëremq; præco
puè emendant.

27. Sulphura vel pura sunt, d
gest

esta, matura, sibi relicta; vel impu-
, indigesta, immatura.

28. Sulphura pura anodyna, im-
ura utplurimum vomitoria.

29. Sulphur acido in effectu con-
arium, acidum sulphuri.

30. *Tincturas* & color & virtus
ommendat.

31. Tincturæ aliæ sunt diffusæ, ut
idulæ, seu acido-aquosæ; aliæ con-
ntratæ, ut reliquæ.

32. Acida sulphura superficiaria
aqueis vel terreis immersa extra-
unt.

33. *Tragemata* & pulveres peptici
nt pulveres stomachales aroma-
ci, & confortantes alii.

34. Sicca & spissa inviscata in *tro-
iscos* finguntur.

35. Partes terreæ vel metallicæ &
linæ liquatæ & fusæ vitrescunt.

36. *Vitra* usum habent vel medi-
um, vel mechanicum.

37. Qui-

37. Quibuscunque pinguia 88
laxantia minus conveniunt, iis nee
unguenta.

38 Unguenta hæmorrhoidibus
minus conveniunt.

39. Ut in tonicis, ita & in topiciis
gratia est attendenda.

FINIS.

Legatis Vnobilis Czab 16